tam itaque nostram tractationem *septem capitibus* absolvemus, *In primo* de præliminaribus: *in secundo* de prima Classe eorum Creditorum, qui singulari quadam prærogativâ & privilegio prioritatis gaudent: *in tertio* de secunda Classe illorum, qui præter hypothecas ex personali privilegio jure prælationis sunt muniti: *in quarto* de tertia classe aliorum, qui jus reale ex hypotheca tàm expressa quàm tacita, nec non ex immissione & arresto sunt consecuti: *in quinto* de quarta Classe, in qua personaliter privilegiati ponuntur: *in sexto* de quinta & ultima Classe simplicium Creditorum vel chirographariorum: *in septimo* de jure & solutione usurarum acturi sumus.

CAPUT I.

De IIS, QUÆ IN CONCURSU CREDITORUM ANTE EORUM LOCATIONEM SUNT OBSERVANDÆ.

SUMMARIA.

1. Quilibet actor ad judicium paratus esse, causamq; petitionis suæ exprimere, & intentionem suam legitimè probare tenetur.
2. Creditores inprimis & debita sua per liquidationem indicare & probare debent.
3. Quæ iniqua & inutilia sunt, in Republ. benè constituta non sunt toleranda.
4. Ante liquidationem creditorum exhibitam debitores ad solutionem non debent compelli.
5. Debitum quomodo demonstrari & liquidum fieri debeat?
6. Instrumentum liquidum paratam meretur executionem.
7. Creditores, aliis concurrentibus, tenentur instrumenta sua originalia producere, licet debitoris confessio adsit.
8. De prioritate creditorum ex productione instrumentorum constare debet.

9. Li-

9. *Liquidatione factâ, & instrumentis exhibitis, ad petitionem creditorum, debitor citari, & ad recognoscendum vel juratò diffitendum compelli potest.*
10. *Instrumentum privatum sine recognitione non probat.*
11. *Recognitio obligationis operatur confessionem ejus, adversus quem producitur.*
12. *Recognitione obligationis factâ, non opus est juratâ diffesione vel ulteriori probatione.*
13. *Recognitio à debitore facta plenam fidem operatur.*
14. *Nuda tamen debitoris confessio in præjudicium alterius non sufficit ad probandum debitum.*
15. *Instrumenta originalia debent exhiberi, vel quæ à Notario judicii sunt descripta, ejusq; subscriptione & sigillo confirmata.*
16. *Instrumenta à Notario judicii revisa & dicto modo approbata in locum originalium surrogantur.*
17. *Instrumentorum exhibitorum recognitio à debitore bonâ fide & salvâ veritatis substantiâ fieri debet.*
18. *Debitor non nisi originalia documenta & quæ eorum vicem subeunt, tenetur recognoscere.*
19. *Debitor tenetur documenta recognoscere vel juratò diffiteri, licet exceptiones habeat.*
20. *Recognitio igitur fieri potest salvis exceptionibus.*
21. *Nemo recognitione vel juratâ diffessione documentorum irrelevantium gravari debet.*
22. *Hæc assertio fallit in instrumentis vel documentis dubiis.*
23. *Quilibet instrumenta contra se producta regulariter recognoscere, vel mediante juramento diffiteri tenetur.*
24. *Reo etiam recognitio scripturæ alienæ imponi potest.*
25. *Ignorantia à debitore, quod notitiam manus vel scripturæ non habeat, objecta jurejurando obtineri debet.*
26. *Recognitio an à Procuratore fieri possit?*
27. *Recognitio est magni præjudicii, eâq; factâ reus ad solutionem condemnari debet.*
28. *Procurator non est admittendus ad recognitionem, nisi ad hunc actum speciali munitus sit mandato.*
39. *Iurata diffessio per principalem debitorem fieri debet.*
30. *Hæc assertio procedit etiam in personis illustribus.*

32. *Procurator igitur ad juratò diffitendum non nisi adversâ parte consentiente est admittendus.*
33. *An & quatenus reus conscientiam suam per probationem defendere possit?*
34. *Quomodo procedatur, si reus nihil probaverit?*
35. *Reus documenta recognoscere vel juratò diffiteri tenetur, & ad probationem non admittitur.*
36. *Iuratâ diffessione factâ reus absolvi debet.*
37. *Iurejurando præstito omnis lis & controversia cessat.*
38. *Iusjurandum vim habet transactionis.*
39. *Iurejurando standum est.*
40. *Creditor post juratam diffeßionem non est ad probationem admittendus.*
41. *Quomodo procedatur, si creditores instrumenta non velint producere, vel reū illa recognoscere aut juratò diffiteri nolint?*
42. *Si nonnulli creditores saltem comparuerint, & liquidationes suas exhibuerint, reliqui etiam sub pœna præclusionis citandi sunt.*
43. *An & quomodo sententia ferri poßit, si non omnes creditores liquidationes suas exhibuerint, vel jura sua deduxerint?*
44. *Quomodo tàm creditori quàm debitori consulatur, quando instrumentum obligationis vel apocha casu periit, & exhiberi nequit?*
45. *Ante sententiam uni vel alteri creditori non potest aliquid solvi.*
46. *Pecunia ante sententiam uni vel alteri exsoluta, ab aliis creditoribus condici potest.*
47. *Secus est,* 1. *Si omnibus creditoribus vel magis privilegiatis ex bonis debitoris integra solutio præstari potest.*
48. *Prædicta assertio limitatur* 2. *in creditore vigilante contra alios negligentes.*
49. *Limitatur* 3. *Si uni vel alteri sub cautione aliquid solvatur.*
50. *Limitatur* 4. *Si de prælatione ejus, cui fit solutio, notoriè constet.*
51. *Creditores minus privilegiati non possunt impedire solutionem aliis magis privilegiatis factam.*
52. 54. & 55. *Quomodo procedatur contra debitores latitantes vel non comparantes.*
53. *Nemo pro contumace habetur, nisi contumacia ejus fuerit accusata.*
56. & 57. *An & quatenus debitor bonis cedere, & se à creditoribus liberare poßit?*
58. *Debitor non est audiendus, si universa bona cedere nolit.*
59. *Ceßione bonorum à debitore factâ, curator bonorum est constituendus, qui postmo-*

postmodùm documenta exhibita recognoscere, & creditoribus solutionem præstare tenetur.

60. *An creditores ipsi possint Curatorem bonorum constituere?*
61. *Curator bonorum tenetur ad inventarii confectionem.*
62. *An & quomodo curator bonorum poßit ea administrare & alienare?*
63. *Quomodo contra debitorem latitantem vel nullos hæredes relinquentem procedatur?*
64. *Quomodo procedendum, si debitor decesserit, & hæredes adhuc impuberes reliquerit?*
65. & 117. *Hæredes nihil capere possunt, nisi creditoribus solutio fuerit præstita.*
66. *Hæres ad exclusionem æris alieni præcisè tenetur.*
67. *Ante solutionem æris alieni liberis obærati debitoris neque legitima, neque alimenta debentur.*
68. *Legitima liberis jure naturæ competit.*
69. *Hæredes cohæredi adhuc impuberi alimenta præstare non tenetur.*
70. *Prædicta assertio restringitur, si creditores liberis impuberibus alimenta spontè adsignent & determinent.*
71. *Quantitas alimentorum judicis arbitrio relinquitur.*
72. *Debitori obærato ante solutionem æris alieni ex ipsius bonis nihil debetur.*
73. *Debitor non solvendo existens de jure Saxonico communi ad manus creditorum tradi debet.*
74. *Secus est in iis personis, quibus beneficium competentiæ competit.*
75. *Quænam personæ hoc beneficio gaudeant?*
76. *Creditores non tenentur documenta debitoris de perjurio suspecti juratæ diffeßioni committere, sed credita sua possunt per testes probare.*
77. *Quidnam creditoribus incumbat inter sese expedire & observare?*
78. *Sententia ad peracta & prosecuta ferri debet.*
79. *Quando judex super prioritate creditorum pronunciare posit?*
80. *Creditoribus diversorum debitorum concurrentibus competit beneficium & jus separationis.*

QUemadmodum aliàs quilibet actor ad judicium paratus esse, & causam petitionis suæ exprimere, intentionemque suam legitimè probare debet. *l. qui accusare 4. C. de edend. Gail. lib. 1. observat. 61. n. 2. Arnold. de Reyger. in thesauro juris, sub voc. actor. n. 6. & seq.* Ita quoque ante omnia creditores, ad 1. 2.

 evi-

evitandas fraudes, & inanes disceptationes, credita sua per liquidationem indicare & probare tenentur. Aliàs enim debitores varia subterfugia ad protelandas lites, & retardandam solutionem quærere, & exceptionem debiti nondum liquidi objicere: Creditores verò in præjudicium & injuriam alterius se creditores jactitare, & in exigendis debitis, quæ tamen planè nulla vel invalida essent, alios multis sumptibus & inanibus actionibus
3. molestare & vexare possent. Quæ omnia iniqua, injuriosa, & in Rep. benè constituta non sunt toleranda, per *l. ob causam 3. C. de O. & A. l. Si creditor 19. & l. seq. ff. de injur. Köpp. in decis. q. 34. n. 1. & 2.* Deinde liquidatione nondum factâ judex, cui hoc modo de jure & prioritate creditorum nondum constaret, non posset suo officio satisfacere, aut decernere, quid & quantum sit à debitore solvendum, & quomodo locandi sint creditores, aliisque
4. aliis vel præferendi, vel postponendi? Ergò necesse est, ut ad removenda hujusmodi mala & obstacula ante omnia quisque creditorum in termino à judice præfixo, suam liquidationem exhibeat, suumque jus vel debitum demonstret. *Carpzov. in jurisprud. ferens. Romano - Saxon. p. 1. constit. 28. defin. 1. & 2.* Et ita *in Collegio nostro Iuridico mense Mart. Anno 1608.* pronunciatum fuit: **Daß denen Creditorn ein Termin zu liquidirung ihrer Schulden billich ernannt und angesetzet wird.** Eodem modo *mense April. Anno 1632. ad requisitionem* **des Gerichtsverwalters zu Dowitzsch** responsum fuit: **Daß ein jeder Glaubiger seine Forderung zubescheinigen schuldig.** Ita quoque *mense Majo Anno 1638. ad consultationem* **Frauen Sabinen von Kospoth / gebornen Röderin / Witben zu langen Wolffersdorff** respondimus: **Als ihr uns einen** extract **ewers Gerichts**protocolls **/ und Verzeichnüß etlicher** Creditorn **/ denen Michael Wagner mit Schulden verhafftet / und zu deren** Contentirung **alle seine Haab und Güter gerichtlich abgetreten / zugeschickt / und der** prioritet **halber / und was einem jeden Glaubiger / weiln solch Gut nicht zureichet / an seiner Forderung abzukürtzen / Euch des Rechten**

ten zuberichten gebeten/demnach sprechen wir vor Recht: daß zuförderst oberwehnten Wagners Creditores auff einen gewissen Termin peremtoriè vorzuladen/ und ein jeder seine Forderung gebührlich zu liquidiren und zubescheinigen schuldig/etc. Ita quoque *à Sereniß. Electoris Brandeburg inclyto Regimine* zu Cölln an der Spree *die 27. Septembr. Anno 1648. in causa liquidationis & prioritatis* Heinrichs von Bredow *Creditorum* decisum fuit: Daß die Glaubiger sampt und sonders schuldig/ die zu Begründung ihrer angestellten Forderungen producirte Documenta mit rechten untadelhafften Originalien zubestärcken/ und die/ so ihre Forderungen mit nichts bewehret/ im Fall sie nicht gestanden sondern gefochten werden/ besser/ und wie recht zuerweisen.

5. Ex hisce constat, debitorem ad solutionem neque compelli, neque judicem creditori executionem impertiri posse, nisi liquidatio præcesserit, uti ex aliis deducit & probat *Köppen. d. l. n.6.* 6. Debitum autem demonstrari & liquidum fieri potest per exhibitionem & productionem instrumenti vel documenti, si sc. ex eo de quantitate & causa debiti constet. *l. certum est. 6. ibiq. Bald. Iason. & alii Dd. ff. de reb. credit. l. ubi a.75. in princ. ff. de V.O.* 7. Illud enim instrumentum paratam tantùm meretur executionem, ex quo certò & determinatè apparet, quid, quale & quantum debeatur. *Menoch. lib.8. consil.746.n.6. & seq. Coler. de process. execut. part 3. c.1.n.3. & seq. Köppen. d. quæst.34. n.4. Mindan. lib.2. de process. extrah. c.63.n.1. vers. at non modò. & c.59.n.2.* ubi requisita liquidationis recenset.

8. Et prædicta nostra assertio, quod sc. creditores ad liquidandum & producenda instrumenta originalia teneantur, extenditur, ut debitoris confessio non sufficiat, quia de prioritate illorum ex documentis constare debet, veluti 9. *Scabini Hallenses mense April. An. 1596. M. Nicolao Majo* zu Magdeburg responderunt: Daß die Creditores, ungeachtet/ ihnen ihre Schuld von den Erben gestanden worden / die documenta derselben origina-

ginaliter zu produciren pflichtig / nach welchen datis einer dem
10. andern zu præferiren und vorzuziehen. Liquidatione autem factâ, & instrumentis exhibitis, creditores petere possunt, ut debitor citetur, & ad recognoscendum vel juratò diffitendum com-
11. pellatur. Ita *in Collegio nostro Illustri Regimini Coburgensi mense Iul. Anno 1639.* respondimus: Daß die gesambte Creditores uff vorgehende peremotorische Ladung gebührlich zuerscheinen / ihre Forderung zu liquidiren und zubescheinigen / und Beklagter die producirte obligationes richtig zu recognosciren / und was Er einem oder dem andern geständig / in Antwort eigentlich sich
12. vernehmen zulassen schuldig. Eodem modo *mens. Februar. An. 1647. Præfecto Superiori* zu Heiligenstadt respondimus: Weil aus den Acten nicht zubefinden / daß Dieterichs von Hardenberg sel. Erben / als Debitores, auff der sämptlichen Creditorn Schuldforderungen geantwortet / oder derer documenta recognoscirt: Als geschichet solches zuförderst billich / etc.

13. Instrumentum enim privatum sine recognitione non probat. *Alciat. in l. cognoscere. 56. n. 1. ff. de V. S. Coler. d. tr. p. 3. c. 1. n. 98. Mindan. d. tr. part. 2. c. 70.* Econtra verò recognitio obligationis operatur confessionem ejus, adversus quem producitur, & qui illam recognoscit, ita ut hoc casu juratâ diffessione vel ulteriore probatione opus non sit. Churfürstl. Sächs. Gerichtsordn. *tit. 25.* §. Deßgleichen wann der &c. Recognitio enim debitoris ritè facta vim confessionis habet, & plenam fidem facit. *Köppen. quæst. 46. n. 26. Sichard. ad l. 11. n. 17. C. qui potior. in pignor. hab. Carpz. respons. Iuris Elector. lib. 3. tit. 8. re-*
14. *spons. 82. n. 11.* Et factâ recognitione sequitur condemnatio, veluti *in Curia nostra Provinciali in termino Oculi Anno 1636.* pronunciatum fuit: Uff beschehene recognition producirter Briefflichen Uhrkunden / und weiter Einbringen in Sachen N. N. Erkennen wir Hoffrichter und Beysitzere des Fürstl. Sächs. gemeinen Hoffgerichts zu Jehna vor recht: weil Be-

Beklagter Brieff und Siegel für richtig recognoscirt, Als ist er auch solche obligationes mit wircklicher Bezahlung der libellirten Schuldposten / beneben den Landüblichen à tempore moræ auffgelauffenen Zinßen und Unkosten / binnen Sächs. Frist/ bey Vermeidung schleuniger Hülffe wieder an sich zu lösen schuldig/ Von R. W. Ita quoque in termino Adventus, 1634. Adventus 1637. & Egidii 1643. aliasque sæpissimè judicatum fuit. Obligationem etiam pro recognita habitam esse, quod debitor in literis debitum confessus fuerit, patet ex sententia in prælaudata Curia in termino Viti, Anno 1632. publicatâ: Daß uff des Beklagten eingeschickten schrifftlichen Bekändnüß das producirte instrumentum obligationis pro recognito zu halten/ dahero Beklagter die libellirte Schuldpost schleunig zu bezahlen schuldig. Econtra verò, quando recognitio debito modo non est facta, alia reo imponi solet, veluti *in eadem Curia in termino AEgidii. Anno 1639.* decisum fuit: Daß Beklagte nach anderweit peremtorischer Ladung allhier zuerscheinen / und das producirte document ander und besser Gestalt zu recognosciren, oder endlich zu diffitiren schuldig/ mit Verwarnung/ daß in Verbleibung dessen / dasselbe pro recognito geachtet werden solle/ Von R. W. Nuda verò debitoris confessio debitum non probat, quando illa tendit in præjudicium tertii. *Matth. de Afflict. de jure protim. §.4. n.11. Paris. consil.137. n.4. vol.4. Socin. consil.78. n.23. vol.2. Mascard. de probationib. conclus.372. & conclus.489. n.5. vol.1.* Et ita *Scabinos Hallenses Anno 1596. ad consultationem M. Nicolai Maij,* Fürst. Magdeburg: Raths und Mollenvoigts zu Magdeburg respondisse suprà probavi. 15.

Instrumenta igitur originalia exhiberi debent, vel quæ ex Notario judicii descripta, aut revisa, ejusque subscriptione & sigillo munita sunt, quæ in locum originalium surrogantur. *Monter, decis.44. Regni Arrag. n.* Et ita *in Collegio nostro* 16. 17.

mense Iun. Anno 1618. Senatui Göttingensi responsum fuit: Als Ihr uns Joachim Henckels Glaubiger ein und vorbringen zugeschickt/und wir darauff zuerkennen seye/unsere Rechtsberichtung gebeten/ demnach sprechen wir vor Recht: daß in puncto liquidationis der 2. 3. 4. 5. 6. und 11. Glaubiger die originalia ihrer Schuldverschreibung zu ediren, oder durch ewern Gerichts-Notarium vidimirte Abschrifft ad acta zuverschaffen schuldig. Eodem modo *Dd. & Assessores Curiæ provincialis Wittebergensis Anno 1596. ad requisitionem* Stephan Hovers / Fürstl. Magdeburg: Schultessen des Gerichts uffm Berge vor dem Roland zu Hall pronunciarunt: Daß die Glaubiger derer documenten, dodurch sie ihre Forderung bescheinigen wollen / originalia oder derselben durch den Gerichts Notarium vidimirte Copien bey die Acta zu bringen schuldig.

18. Horum autem instrumentorum exhibitorum recognitio posteà à debitore bonâ fide & salvâ veritatis substantiâ fieri debet *Köppen d. quæst. 46. n. 27.* 19. Ex hisce colligitur, debitorem ad recognitionem non teneri, nisi documenta originalia fuerint exhibita, veluti *in Collegio nostro mense August. Anno 1616. ad consultationem Illustris Regiminis* zu Zeitz decisum fuit: Woferne der von Lichtenhan die originalia der Copien produciren / und alsdann die recognition begehren würde / so ist das Gegentheil zur recognition anzuhalten. 20. Et licet reus exceptiones quasdam habeat & proponat, iis tamen non obstantibus documenta contra se producta recognoscere, vel juratò diffiteri tenetur, ita tamen, ut ipsi post recognitionem vel juratam diffessionem objectæ 21. exceptiones salvæ maneant & reserventur, veluti *Assessores Curiæ provincialis Wittebergensis mense Decembr. Anno 1598.* pronunciarunt: Daß Beklagter die producirte documenta zu recognosciren, oder eydlichen zu diffitiren schuldig / jedoch werden Ihm seine exceptiones nach beschehener recognition billich vorbehalten/ von R. W.

Quam

Quamvis autem nemo recognitione vel juratâ diffessione documentorum irrelevantium gravari debeat. Churf. Gerichts-ordn. *d. tit. 25.* §. weil es auch. Hoc tamen fallit, si adhuc dubitetur, an documenta sint relevantia, & aliquid contra reum probent. Quilibet igitur instrumenta contra se producta regulariter recognoscere, vel mediante jurejurando diffiteri tenetur. *Carpzov. lib. 3. respons. juris Electoral. tit. 8. respons. 82. n. 1.* Propterea etiam Consul Jenensis, *Philippus* Beyer *p. m.* actione subsidiariâ, propter datum consensum à quodam Nobili in Curia provinciali hujus loci conventus, non obstante prædictâ exceptione documenti irrelevantis, condemnatus fuit ad recognoscendum, & postmodum *in termino AEgidij, Anno 1632.* hisce verbis absolutus: Daß die recognitio zur Gnüge geschehen/ und erscheinet sonsten aus den Acten allenthalben so viel/ daß Beklagter von der wider Ihn angestellten Klage zu absolviren, und zu entbinden/ inmassen wir Ihn hiermit absolviren und entbinden. Præterea reo etiam ad petitionem actoris recognitio scripturæ alienæ injungi potest. *Carpzov. respons. juris Elect. libr. 3. tit. 8. resp. 79. n. 5.* Nec relevat, si reus objiciat, se non habere notitiam manus vel scripturæ: sed ignorantia opposita juramento allegantis obtineri debet, ne reus ansam capiat subterfugiendi recognitionem documentorum, & quidem in præjudicium actoris. *Carpz. d. l. resp. 80. n. 20. & seqq. & decis. 38. n. 9. & seq.*

22.
23.
24.
25.
26.

Notandum verò, recognitionem etiam per Procuratorem, speciale tamen mandatum habentem, fieri posse. Recognitio enim est res magni præjudicii, eâque factâ, statim reus ad solutionem condemnatur, veluti *in Curia provinciali hujus loci in termino Oculi Anno 1636.* judicatum fuit: Uff beschehene recognition producirter brieflichen Uhrkunden/ und weiter einbringen/ erkennen wir etc. weil Beklagter Brieff und Siegel für richtig recognoscirt: Als ist Er auch solche obligationes

27.
28.

mit wircklicher Bezahlung der libellirten Schuld-Posten/beneben den Landüblichen à tempore moræ auffgelauffenen Zinßen und Unkosten binnen Sächs. Frist / bey Vermeidung schleuniger Hülffe/ wieder an sich zu lösen schuldig.

29. Eodem modo *in hoc judicio Curiali in termino Adventus, Anno 1634. Adventus 1637. & Egidij 1643.* decisum fuit. Ergò ne præjudicium fiat debitori, Procurator non est ad recognitionem admittendus, nisi mandatum specialiter ad hunc actum sibi concessum exhibuerit. *Carpzov. lib. 3. respons. juris Elector. tit. 1. resp. 11 n. 16 & 17.* Et ita *in Iudicio Provinciali hujus loci, in termino Oculi, Anno 1643.* judicavimus.

30. Jurata verò diffessio non potest nisi per principalem debitorem fieri Churf. Sächs. Gerichtsordn. *tit. 18. §. ult.* ubi dicitur: Es soll ein ieder Eyd von den Principaln selbst geleistet / kein Anwaldt aber / do Er gleich ein special mandat hette/ zugelassen werden. Et *d. tit. 25. §.* Weiles auch / *in verb.* in der Person eydlich zu diffitiren. *Berlich. p. 1. conclus. 34. n. 7 & seqq.*

Et ita *in prædicta causa Illustris Regiminis Zizensis* pronunciatum fuit: Dieweil Anwald uff die producirte documenta sich erkläret/ daß Jhm die Hand und Siegel unkäntlich: So ist Dieterich von Brösigk dieselbe in der person zu recognosciren, oder vermittels Eydes zu diffitiren schuldig. Eodem modo *in Collegio nostro mense Iul. Anno 1621. ad requisitionem* der Fürst. Braunschweig. Lüneburg. Stadthalter / Cantzler/ und Räth / auch Hoffgerichts Assessorn zu Zell pronunciatum fuit: Daß zwar die recognitio der Briefflichen Urkunden durch einen Anwaldt geschehen könne / die eydliche diffession aber durch N. in eigner Person abzustatten.

31. Et hæc assertio procedit, licet debitor illustris sit persona. Churfürstliche Sächs. Gerichtsordn. *d. tit. 18 § ult. Berlich. d. conclus. 34 n. 14.* Et ita *Dd. Curiæ provincialis Wittenbergensis Anno 1592. in causa* der Herrn Graf-

Graffen zu Barby/ Gebrüdere/ *contra Syndicos* des Raths der Stadt Köthen judicârunt: daß die producirte documenta in termino beklagte Graffen zu recognosciren, oder vermittels Eydes in der Person zu diffitiren schuldig. Procurator tamen adjuratò diffitendum admittitur, si adversa pars consentiat, veluti *in Curia nostra provinciali in termino Viti, Anno 1627.* judicatum fuit. 32.

Hic notare lubet, quod aliàs juratam diffessionem reus possit effugere, si onus probandi in se suscipiat, & conscientiam suam hoc modo per probationem defendere velit. *Carpzov. lib. 3. respons. juris Elect. tit. 5. respons. 50.* Et ita *in Scabinatu nostro mense Majo Anno 1637. ad petitionem Samuelis* Hoffmans/ *Secretarÿ Arnstadiensis, Viduæ, & in Curia provinciali in termino Adventus Anno 1638* responsum fuit. Weil Kläger dem Beklagten die Klage mit allen ihren qualiteten und clausuln, in sein Gewissen/ Wissenschafft und Wohlbewust gestellet: Als ist Beklagter sein gerührtes Gewissen zueröffnen schuldig/ Er könte und möchte denn sein Gewissen mit Beweisung vertreten/ damit were er innerhalb Sächs. Frist billich zugelassen. Si itaque reus conscientiam suam per probationes legitimè defendit, absolvitur, veluti ita *in prædicta Curia provinciali* pronunciatum fuisse reperi: Daß Beklagter mit der Beweisung sein Gewissen zur Nothdurfft vertreten derowegen er von angestalter Klage billich entbunden wird. Econtra verò, quando nihil vel non plenè probavit, sed in probatione defecit, ille posteà documenta nihilominus recognoscere, vel juratò diffiteri tenetur. *Carpzov. d. tr. l. 3. tit. 6. respons. 54. n. 8. & seqq.* Ita quoque *in Curia nostra provinciali in termino Viti, Anno 1616.* decisum fuit: Daß Beklagter unsern jüngsten Urtel zu folge/ mit verführten Beweiß/ sein gerührtes Gewissen vollkömlich nicht vertreten/ sondern ist wegen libellirter Geldforderung sein Gewissen/ Wissenschafft/ und Wohl- 33. 34.

bewust nochmals zueröffnen schuldig. Sic etiam in casu desertæ probationis Actor vel Reus ad jurisjurandi præstationem tenentur, veluti *in eodem judicio in termino Viti Anno 1624.* judicatum fuit: Daß Beklagter zwar sich an dem ihm nachgelassenen Beweiß zu Vertrettung seines Gewissens verseumet: Er ist aber gestalten Sachen nach mit den ihm deferirten und zu erkandten Eyd nochmals zuläßlich/ Von R. W. Quamvis autem in priore casu, ubi Reus pro declinando jurejurando sibi delato ad probationem confugit, eâque conscientiam defendere cupit, Actor juramentum calumniæ præstare non teneatur, licet Reus hoc exegerit, veluti *in Curia nostra provinciali in termino Egidij, Anno 1624.* pronunciatum fuit: Weil Beklagter sein hierüber gerührtes Gewissen mit Beweiß zuvertretten sich erkläret/ so ist er damit innerhalb Sächs. Frist zuläßlich/ und hat dißfals noch zur Zeit das geforderte juramentum calumniæ nicht stat. Eodem modo *in termino Viti An. 1633. & in termino Egidij, An. 1641.* decisum fuit. Secus tamen est, quando Reo conscientiam probationibus defendere volenti, ac nihil vel non ritè probanti ad jusjurandum sibi delatum datur regressus, quo casu actori ad petitionem rei injungi debet juramentum calumniæ *Carpzov. respons. 45.* Et hoc modo *in sæpè dicta Curia* judicatum fuit: Daß Beklagter mit aufferlegter und angemaster Beweisung/ wie gnugsam/ sein Gewissen nicht vertretten/ derowegen ist er zu folge unsers vorigen Urtels/ auff deß Klägers vorgehenden Eydt vor Gefährde/ dasselbe nochmahls zueröffnen schuldig/ Von R. W. Et ita quoque *in Collegio nostro mense Novembr. Anno. 1643. ad consultationem Dnn. Commissariorum Vinariensium in causa Nicolai* Fiedlers pronunciavimus. Juramentum calumniæ autem *in prædicta Curia in termino Viti Anno 1624.* hoc modo à M. C. R. uxore præstitum fuit: Ich M. C. R. Eheweib/ schwere/ daß ich in meinen Sachen/ so ich wider P. L. habe/ sein

sein Gewissen durch die Zuschiebung des Eydes nicht gefährlicher Weise beschweret habe / sondern es dafür halte / daß solches billich von mir geschehe / trewlich und ohne Gefährde / So wahr mir Gott helffe / und sein heiliges Wort.

Ut autem ad scopum nostrum revertamur, notandum est, quod, licet hæc, quæ huc usque attulimus, aliàs procedant, nostro tamen in casu, ubi summariè agitur, reus juratam diffessionem per probationem non possit declinare, sed præcisè documenta vel recognoscere, vel juratò diffiteri teneatur. Churf. Sächs. Gerichtsordn. *tit. 26.* § es soll auch / in fine, ubi dicitur: Und köndte in solchen Fall zu Vortrettung seines Gewissens mit Beweiß nicht zugelassen werden. *Carpzov. part. 1. constit. 14. defin. 22.* Debitor itaque, si instrumentum juratò sit diffessus, absolvi debet, Jurejurando enim præstito omnis disceptatio cessat, *l. non erit. 5. §. dato. 2 ff. de jurejur.* quia per jusjurandum transactum videtur *l. jusjurandum. 2. & l. admonendi 31. in fine ff. eod. & l. quod si. 21. ff. de dol. mal.* Et jurijurando propter conventionem & religionem standum est *l. sed & si. 25. de jurejur.* Ergò creditor ad alias probationes postmodùm non potest confugere. *Novell. Elect. August. constit. 15. part. 1. ibiq. Carpzov. defin. 1. n. 2. & seqq.*

35. 36. 37. 38. 39.

Et ita *in Collegio nostro mense Septembr. Anno 1616* decisum fuit: Die Eydliche diffitirte Quittung ist Producent mit Zeugen oder dem juramento suppletorio zubestärcken nicht zulässlich. Eodem modo *Ampliss. Facultas Juridica in Universitate Lipsiensi, Anno 1612. ad consultationem* der Churf. Sächs. in Vormundschafft verordneten Regierung zu Altenburg pronunciavit: Daß Protestat zu andern Beweiß und recognition durch Zeugen nicht zuzulassen seye / sondern bey der von Protestanten allbereit beschehener Eydlichen diffesion der producirten Uhrkunden billich verbleibe / Von R. W. Et hæc senten-

40.

sententia *in nostro Scabinatu, non obstante Leuteratione interpositâ, Anno 1613.* confirmata, eodemque anno *à Scabinis Hallensibus* approbata fuit.

Hæc autem, quæ diximus, procedunt, si creditores unà cum debitore compareant, citationi jussuique judicis obtemperent. 41. Quæritur igitur, *quomodo sit procedendum, quando vel per Creditores, vel debitorem lis protrahitur, illique negligentes sunt in exhibendis liquidationibus & producendis instrumentis originalibus: hic verò instrumenta contra se producta recognoscere recusat, aut si juratò diffiteri ea nolit?* Hisce casibus certè judex non statim definitivè super prioritate cognoscere & pronunciare potest, sed, ut suo satisfaciat officio, ab una vel altera parte imploratus, jus & justitiam administrare, malitiæ tergiversantium occurrere, litesque deminuere debet, juxta *processum judic. Electoris Saxon. tit. 41. in princ.* ubi dicitur: **Daß ein jeder in Schuld-Sachen sich desto besser vorzusehen / und dergleichen disputat, so viel müglich/ ohne Weitleufftigkeit Rechtens abgeholffen werden möge.**

Quod igitur Creditores negligentes concernit, judex illis certum terminum præfigere, illisque injungere potest sub certa pœna, quæ regulariter præclusionis esse solet, ut præfinito die compareant, & jura sua diducant, veluti *in Scabinatu nostro* pronunciatum fuit hoc modo: **Als Ihr uns etliche Acta zwischen Aßmus von Blanckenberg zu Blanckenstein und Harra sel. Glaubiger an einem: und seiner Witben / am andern Theil/neben etlichen Abschieden zugeschickt / und Euch / was ihrer allerseits erstigkeit halben recht / und welcher Glaubiger dem andern vorzuziehen / des Rechten zu unterrichten gebeten/ demnach sprechen wir vor Recht / weil weder aus euren Bericht / noch den uns zugeschickten Acten erscheinet / wer sich sistirt, oder bey der** inrotulation **gewesen / und sonsten die Glau-**

Glaubiger gar unordentlichen in dieser Sachen gegen einander verfahren/ auch mehrers theils nicht liquidirt, und ihre habende Verschreibung originaliter nicht vorgelegt / zu dem kein richtig Bekäntnis / welches Aßmus von Blanckenberg auff die angedeutete Schulden aller Glaubiger von sich gegeben/ oder gerichtlich gethan hette / bey diesen Acten befindlich / also daß man zu rechtmässiger Entscheidung dieser Sachen noch zur Zeit nicht kommen kan: So werden die Glaubiger alle und jede / so viel derer ietzt erschienen/ oder sonst mit in lite seynd / oder uff das Guth Blanckenstein sich haben verweisen lassen / bey gäntzlicher Verlust ihrer habenden Schulden in den Blanckenburgischen Gütern und Harra/ so wol als die Witbe entweder vor sich selbsten/ oder durch ihren gnugsamen Gevollmächtigten zuerscheinen/ ad domum oder durch einen öffentlichen Anschlag anderweit citiret, ihre originalia, und worauff sie der Häuptsummen/ Zinß oder Schäden halben endlichen zuberuhen / und wie Sie dasselbe zubescheinen gedencken/ in termino vorzulegen/ und dieselbige oder deren glaubwürdige Copien bey den Acten bleiben zu lassen/ Ergehet als denn/ und wann alle Creditores einmütig concludirt und geschlossen/ der gebetenen Erstigkeit halben ferner/ was recht ist/ von R. W.

Eodem modo *mense Novembr. Anno. 1637. in Scabinatu nostro ad requisitionem* deß Einsiedelischen Gerichtsverwalters zu Löbichau decisum fuit: Daß zu förderst die angegebene Creditores auff anderweit peremtorische Ladung binnen Sächs. Frist sub pœna præclusionis zuerscheinen/ und ihre Forderung zu liquidiren schuldig &c.

Idem observatur, si non omnes, sed aliqui saltem liquidationes suas exhibuerint: tunc enim reliqui sub prædicta pœna præclusionis vel amissionis debitorum citari possunt, veluti *ad requisitionem Illustrissimi Adolphi Friderici, Ducis Megapolitani*

politani &c. in Scabinatu nostro mense Decembr. Anno 1693. pronunciavimus: Auff ergangene unterschiedliche liquidations Acten / erfolgte Wechselschrifften / und ferner einbringen / in Schuld und prioritet Sachen / Hans und Heinrich der Lewizowen sel. und derselben nachgelassenen allgemeinen Glaubiger / erkennen von Gottes Gnaden wir Adolph Friederich / Hertzog zu Mechelnburg / Fürst zu Wenden / Administrator des Stiffts und Graff zu Schwerin / der Lande Rostock und Stargard Herr etc. nach eingeholten Raht der Rechtsgelarten vor Recht: Daß zuförders die jenigen Creditores, welche besage des liquidation protocols, ihre Forderung noch nicht bescheiniget / solche nochmaln binnen 3. Monatsfrist / sub pœna Præclusionis zu liquidiren schuldig. Darauff denn dieselbe neben denen andern Glaubigern in gesambt / so bereit ihre liquidationes zu den Acten gebracht / aus den Lünowischen Gütern in nachfolgender Ordnung zu befriedigen etc.

43. Ex qua sententia liquet, quod, si Creditores, qui jura sua deduxerunt, instent & petant, ut judex super prioritate pronunciet, sententia quidem publicari possit, salvo tamen jure aliorum, qui liquidationes suas nondum exhibuerunt. Et hi vel ad liquidandum, sub prædicta pœna, denuò citari, vel si liquidationes suas exhibitas per productionem instrumentorum nondum probaverint, sub conditione, si sc. credita sua, prout juris est, probaverint, locari possunt. *Carpzov. ad d. l. constit. 28. defin. 4.* Ita quoque *mense Februar. Anno 1647. Præfecto Superiori* zu Heiligenstatt respondimus.

44. Quomodo autem consulatur tàm Creditori, quàm debitori, quando instrumentum obligationis, vel apocha casu periit, & ita non potest exhiberi, eleganter tractat *Magnificus atq; Nobiliss. D. D. Frantzke,* JC. *celeberrimus &c. lib. 2. resolut. 14.*

Ante-

Antequam verò omnes creditores jura sua deduxerint, vel etiam sententia de prioritate illorum publicata sit, uni vel alteri per gratificationem nihil potest solvi, *argumento l. non debet. 74. de R. J.* Aliàs enim pecunia exsoluta ab aliis creditoribus posset condici, & tanquam indebita repeti. *l. procuratoris. 5. §. fin. cum l. seq. de tribut. act. l. pupillus. 24. ff. quæ in fraudem. creditor. & l. pecunia. 5. C. de privilegiis fisc.* Et hanc communem sententiam *JCtos Wittebergenses, Scabinos Lipsienses, & Collegium JCtorum Francofurtensium* pronunciando adprobasse, eamque textibus & rationibus juris majorique suffragantium numero munitam, & in provincia Electorali antiqua praxi comprobatam esse refert *Andr. Rauchbar. p. 2. quæst. 9. n. 12.* qui tamen *numeris seqq.* contrarium statuit. Hæc tamen assertio limitatur 1. si debitoris bona ad solutionem sufficiant, & creditoribus magis privilegiatis ex iis satisfieri possit *Rauchbar. d. l. n. 29.* ubi ait; revocatoriam tantùm dari extra ordinem in subsidium, ex justa causa, si sc. ex reliquis bonis creditor antiquior suum consequi nequeat. Et ita *in Collegio nostro mense April. Anno 1638. ad requisitionem Prætoris Hallensis* pronunciavimus: **Ob wol die** Creditores **sich über Philip Schaden / daß er** pendente lite & concursu **seiner 500. Thaler halber mit Tüchern** contentiret **worden / beschweret / und unterschiedliche Befehl wider Ihn** de restituendo **außgebracht; So ist Er doch / woferne die Ihm vorgehenden Glaubiger bezahlet werden können / dabey nicht unbillich zu lassen.**

45. 46. 47.

2. Si aliquid creditori vigilanti exsolutum fuerit, cæteris creditoribus exactionem suam negligentibus. Hi enim solutum revocare nequeunt, sed id suæ negligentiæ expensum ferre debent, per expressum text. *d. l. pupillus. 24. & l. fin. C. de alluv. Rauchbar. d. quæst. 9. n. 14. & seqq.* 3. Uni vel alteri aliquid solvi potest, sub cautione. *d. l. procuratoris. 5. §. fin. l. ex*

48. 49.

50. *facto 52. §. fin. ff. de pecul.* 4. Si de prælatione alicujus credi-
51. toris notoriè constet. Tunc enim reliqui creditores minus privilegiati solutionem impedire non possunt, quia antiquior vel magis privilegiatus nihil iniquè vel contra jus facit, si suum petit & recipit. *l. nullus. 55. & l. nihil. 129. in princ. ff. de R. J.* neque hoc casu creditores posteriores fraudantur, sed hi potius dolo facerent, si peterent id, quod reddituri essent. *l. in condemnatione. 173. §. ult. ff. eod.* Et ita *ab illustri Regimine* zu Zell/ *die 28. Decembr. Anno 1620.* decretum est: Weil die armen Leut/ (sc. die Liedlöhner) des ihrigen hoch bedürfftig/ und in künfftigen Urtel ohne allen Zweiffel die prioritet erlangen werden: Als begehren wir hiermit/ Ihr wollet mit ihnen handeln/ und einem jeden/ so viel Er nöthig/ etwan gantz/ halb/ oder den dritten Theil abfolgen lassen. Et hæc de Creditoribus dicta sufficiant.

52. Debitores quod concernit, illis latitantibus vel non comparentibus, in primo termino, secundum petitionem Actoris, recognitio vel jurata diffessio imponi solet sub pœna contumaciæ. Et ita *in Curia provinciali, in termino Viti, Anno 1636. in causa* Jobsten von Wolfframbsdorff/ *contra* Christoph Albrecht von Bernstein decisum fuit: Daß Beklagter nach anderweit peremtorischer Ladung auf künfftigen Termin Egidii bey Straff Ungehorsams allhier zuerscheinen/ und das producirte document zu recognosciren oder Eydlich zu diffitiren schuldig.

Eodem modo *Dd. Curiæ Electoralis VVittebergensis anno 1609. in causa Nicolai* Schlägels *Creditorum* responderunt. In secundo termino impositio recognitionis vel juratæ diffessionis fieri solet sub pœna contumaciæ, usque ad legitima impedimenta, biß uff Ehehafft/ veluti *in Curia nostra provinciali in termino Egidii, Anno 1635. in casu Tiburtii* Krackau/ *contra* Bernhard Hillarten pronunciatum fuit: Daß Beklagter bey

Straff

Straff Ungehorsams / biß auff Ehehafft / nach fernerweit peremtorischer Ladung zuerscheinen / und vorigen Urtel gebührliche Folge zu leisten / auch die verursachte Unkosten dieses Termins / auff unsere moderation Klägern zuerstatten / und abzutragen schuldig / von R. W.

Eodem modo *in termino Viti, An. 1636. in causa* Georg Rudolphs von Heßler / *contra* Rudolphen von Dißkau / *& in causa* Georg Rudolffs von Trotta / *contra* Christoph von Knobloch / und Caspar Heinrich Wormb judicatum fuit. Recognitio etiam debitori in primo statim termino, & multò magis in secundo, sub pœna recogniti vel confessi imponi potest. Et ita, ad abbreviandas lites, cottidiè *in Iudicio provinciali* solet pronunciari. Si autem, hâc comminatione non attentâ, debitor iterum citatus emaneat, documenta producta pro recognitis habentur, & solutio reo imponitur sub pœna executionis, veluti *in præfata Curia, prædicto tempore, Anno 1635. in causa Vniversitatis nostræ, contra Senatum hujus loci* decisum est: Uff weiter beschuldigten Ungehorsamb / und ferner Einbringen / in Sachen des Raths Syndicen allhier zu Jehn / Beklagten an einem : der Universitet Syndici daselbsten / Klägers / andern Theils / erkennen wir vor Recht: daß nunmehr die documenta pro recognitis zu achten / auch beklagter Rath die libellirte Hauptsumm der 500. Güld. neben den hinterstelligen Zinsen / bey Vermeidung der Hülff / binnen Sächs. Frist Klägern zubezahlen verbunden / und seynd hierüber Beklagte die Unkosten dieses Termins / neben vorigen / so hiermit uff 6. Güld. 16. Gr. 6. Pf. gemessiget werden / Klägern zuersetzen und abzustatten schuldig / von R. W.

53. Hæc omnia verò, uti diximus, ita procedunt ad petitionem actoris, & si ille rei legitimè citati absentiam vel contumaciam ritè accusaverit, quia nemo pro contumace habetur,

tur, nisi ejus contumacia non solùm accusata, sed etiam super ea sententia lata fuerit. *Carpzov. part.1. constit.9. defin.15.* Et ita *in Collegio nostro mense Iun. Anno 1623. ad requisitionem Matthiæ* Quelen zu Blanckenhain / *ut & Anno 1648. ad petitionem* der Herrl. Schönburg. zu denen Geistlichen Consistorial Sachen Verordneten zum Hartenstein responsum fuit: Dieweil aus denen Acten nicht zubefinden/daß auff die eingebrachte Ungehorsambs Beschuldigung rechtlich Erkäntniß eingeholet: So hat auch noch zur Zeit Beklagter zu Außführung seiner Ehehafften nicht mögen angehalten werden etc.

54. Hodiè verò ad abbreviandas lites (de quibus execrandis & abscindendis agit *Marcell. Cala in tr. de modo articulandi & probandi in princ. gloss.1. §.1. n.1. usque ad 3.*) uti suprà monuimus, Reo, qui non comparet, vel nullam potest opponere exceptionem justam vel probabilem, statim in primo termino recognitio documenti, vel ejus jurata diffessio, sub comminatione recogniti, vel pœnâ confessi, imponi solet, veluti *in sæpè allegata Curia in termino Viti, Anno 1636. in causa* Hans Georgen von Kochberg / *contra* die Vippachischen Lehen und LandErben decisum fuit: Daß Beklagter nach anderweit peremtorischer Ladung zuerscheinen / Brieff und Siegel zu recognosciren oder endlich zu diffitiren schuldig / mit Verwarnung daß in Verbleibung dessen dieselbe pro recognitis geachtet werden sollen.

Et ita hactenus sæpissimè judicatum fuisse memini. Eodem modo *in Scabinatu nostro mense Novembr. Anno 1637. ad requisitionem* des Einsiedelischen Gerichtsverwalters zu Löbichau pronunciavimus: Daß Beklagter Burckhard sich darauff gebürlich einzulassen schuldig/ mit Verwarnung/ daß in Verbleibung dessen die angegebene Schulden pro liquidis & confessis geachtet werden sollen.

55. Si verò debitor jussus recognoscere vel juratò

juratò diffiteri, iterumque citatus emaneat, vel sententiæ parere nolit, statim in secundo termino, ad petitionem & instantiam actoris documenta producta pro recognitis habentur, & solutio debitori injungi debet. Churf. Sächs. Gerichtsordn. *cap. 25.* §. Weil es auch / in verb. daß in widrigen Fall die Uhrkunden pro recognitis gehalten werden sollen.

Et ita *in eadem Curia hujus loci in termino Viti, Anno 1639. in causa Magni* Harnischen zu Naumburg / *contra* die Henderischen Erben zu Buttstatt decisum fuit: Dieweil die aufferlegte recognitio documenti verblieben / so seynd nunmehr Brieff und Siegel pro recognitis zu achten / dahero Beklagte Klägern die libellirte Summ / beneben den interesse, aus gesambter Erbschafft binnen Sächs. Frist / bey Vermeidung schleuniger Hülffe abzutragen / auch die verursachte Unkosten / uff vorgehende liquidation, und erfolgte unsere moderation, zuerstatten schuldig. Eodem modo sæpissimè pronunciatum fuisse recordor.

56. Notandum verò hic est, debitorem, qui sine dolo per belli calamitatem, aut aliud infortunium, ære alieno est gravatus, & creditoribus suis satisfacere nequit, bonis suis cedere, & ita se liberare posse. *l. 4. C. qui bon. ced. poss. l. ob æs. 12. C. de O. & A.* quod tamen tum demum procedit, quando universa sua bona cedit *Carpzov. p. 1. constit. 32. defin. 9. n. 6.* veluti etiam

57. *in Collegio nostro mense Novembr. Anno 1627. Andreæ* Sporern und Consorten zu Ulpfen / im Ampt Sontra / responsum fuit: Seit ihr in diesen Kriegswesen umb euere Nahrung und gantze Baarschafft kommen / und nehrlichen ein böses Hembd auff der Haut behalten können / und Wochentlich ein grosses am Geldt viel Jahr hero contribuiren müssen / auch endlich in das Elend gejaget worden. So nun euere Glaubiger / so Euch Geldt vor dessen geliehen / jetzo uff euch tringen / und neben den Hauptsummen die verschriebene Landübliche Zinsen / die in solchen euern

elen-

elenden Zustand auffgewachsen / haben wollen : So wird von euer Obrigkeit solches alles/wie es Euch bißhero ergangen/euern Glaubigern billich zu Gemüth geführet / und mit ihnen gütlich gehandelt/ daß sie mit euch ferner in Gedult stehen / oder die vorsessene Zinsen/wo nicht gar/doch zum Theil erlassen/ oder ein alten und neuen Zinß Jährlich / biß dieselbe hinterständige Zinßen vor voll bezahlet/ annehmen / und die Capitalia eine Zeitlang unauffgekündiget lassen möchten. Do aber euere Gläubiger derer keines eingehen: So habt ihr euch des beneficii cessionis bonorum, wann Ihr zur Zahlung nicht gnugsam begütert / zugebrauchen/ von R. W.

58. Secus est , quando debitor unam vel aliam rem cedere vult, quod in præjudicium creditorum non conceditur. *Carpzov. d. defin. 9. n. ult.* Et ita *in Scabinatu nostro mense Majo Anno 1646. ad requisitionem* Hanß Oswalds von Tümpling respondimus.

59. Factâ igitur cessione bonorum , ante omnia Curator bonorum à Magistratu est constituendus , eique imponi potest, ut documenta à creditoribus producta recognoscat, & postea iis satisfaciat. *t. t. ff. de Curat. bon. dand.* Et ita ad requisitionem *Illustrissimi Albrechti, Ducis Megalopolitani. & c. in Collegio nostro mense Mart. Anno 1614.* pronunciatum fuit : Daß vor allen Dingen ein Curator bonorum, (quia debitor cessit bonis,) zu verordnen / und seynd als dann die sämbtliche Glaubiger ihre angegebene Schulden zubescheinigen schuldig / darauff der Curator bonorum mit der recognition zuvernehmen etc. Eodem modo *Dnn. Scabini Lipsienses mens. Iun. 1652. ad requisitionem* der Breitenbauch. Richter und Schöppen zu S. Ulrich responderunt : Dieweil der Schuldener nicht allein bey seinem Leben sein Gut den Glaubigern an statt der Zahlung abgetreten/ sondern auch nach dessen Todt die Erben der Erbschafft renuncirt,

cirt, und sich derselben nicht anmassen wollen/ So wird vor allen Dingen ein Curator bonorum ex officio billich verordnet/ welcher uff vorgehende gebührende Ladung zuerscheinen/ und auff der Gläubigere angegebene Schulden/ was er einem oder den andern geständig/ oder nicht/ zu antworten/ und die documenta, damit sie ihre Forderungen bescheinigen/ wenn solche in originali vorgelegt werden/ richtig zu recognosciren schuldig. Ita quoque *ad consultationem Illustriß. Regiminis* zu Zell / *in nostro Collegio, mense Octobr. Anno 1621. in causa Christophori* von Hall *Creditorum* decisum fuit: daß Christoph von Hall das Guth innerhalb 4. Wochen den Creditorn totaliter abzutretten und einzureumen schuldig/ auch darauff ein Curator, biß ein Kauff kan getroffen werden/ förderlichst zu setzen.

Creditores etiam possunt per se curatorem nominare, ejusque constitutionem & confirmationem à Magistratu petere, cui posteà incumbit, ut super bonis debitoris inventarium per Notarium & testes, vel per Magistratum ipsum confici curet. Et hic illa administrare, vel cum præscitu & consensu Creditorum vendere, pecuniam autem creditoribus solvere, vel in judicio deponere, vel etiam bona nondum distracta illis tradere, & ita solutionem præstare tenetur. Et ita *in præfata causa Christophori* von Hall *Creditorum* responsum fuit: Daß der Curator die Einkunfften uffs genaueste einnehmen/ eigentlich berechnen/ und in Fürstliche Cantzeley unfeilbar lieffern soll / do es biß zu endlicher Erkäntniß zubehalten.

60. 61. 62.

Ita quoque *Scabini Hallenses mense Novembr. Anno 1606. ad requisitionem Reverendißimi Capituli Magdeburgensis* pronunciarunt: Daß zuförderst des Debitorn, Peter Herten Güter/ wie solche vorhanden/ und in actis specificiret, und angegeben/ zusambt den Fahrnüß und mobilien gebürlich inventirt, und in einen richtigen Taxt und Anschlag gebracht/ und den Nechsten

distrahirt, und verkaufft werden / darauff also dann von den Kauffgeldern und außstehenden Gegenschulden die angegebene sämptliche Glaubiger in der Ordnung / wie folget / zu contentiren, und zu befriedigen etc.

Eodem ferè modo *Senatus Brunsvicensis mense Mart. Anno 1618. in causa* Albert Molters *creditorum* pronunciavit: Es wird den sämbtlichen Creditorn aufferleget / gewisse Personen zu Curatorn der Güter zu nominiren, und diesem Obergericht zur confirmation fürzustellen / damit dieselbe hiernechst die Güter verkauffen / und den prioritetischen Glaubigern die daraus gelösete Gelder überlieffern / oder bey das Gericht in depositum bringen mögen.

63. Eodem modo procedendum est, si debitor sit in fuga, vel decesserit, nullosque hæredes reliquerit: quô etiam casu à Magistratu Curator est constituendus, qui ea expedire tenetur, uti modò diximus. *Matth. Cöler. p.1. decis.134. n.30. Carpz. p.1. constit.28. defin.8.* Et ita *in Collegio nostro mense Februar. Anno 1647. Supremo Præfecto* zu Heiligenstadt respondimus: Woferne der Verlassenschafft sich niemand anmasset / so ist hiezu ein gewisser Curator bonorum zuverordnen. Et ita *ab Illustr. Regimine Anhaltino* zu Cöthen / *die 5. Octobr. Anno 1649.* observatum fuit, uti ex seq. rescripto patescit: Demnach zu discussion Hans Heinrich von Holtzhausen sel. Schulden Wercks zuförderst von nöthen seyn will / nach dem dessen Schwester sich der Erbschafft begeben / daß ein Curator bonorum bestellet werde / Als wird von wegen des Durchläuchtigen und Hochgebornen / unsers gnädigen Fürsten und Herrn / Herrn Ludwigs / Fürsten zu Anhalt / etc. hiermit befohlen / daß angeregte Creditores hiezu förderlichst eine gewisse Person vermögen und nahmhafft machen / darauff dann so fort ein gewisser Tag zu angeregten Ende benennet / und die Glaubiger dazu citiret werden sollen.

64. Si autem debitor

bitor hæredes adhuc impuberes reliquerit, concursus creditorum quidem non debet differri, sed tutores vel curatores iis sunt dandi, qui creditoribus respondere, eorum documenta recognoscere, & debita liquida ex bonis debitoris defuncti solvere tenentur, per *l.4. C. de hæred. action. l. magis. 5. §.9. ff. de reb. eorum qui sub tutel. vel cur. sunt. Mynsing. dec.4. respons. 88. n.3. Gæden consil.2. in addit.66. n.7. & 11.* Multò minus hæredes ex hæreditate aliquid impetrare possunt, nisi creditoribus satisfactum sit, quia hæreditas non debetur, nisi deducto ære alieno. Et hæres ad exsolutionem æris alieni præcisè tenetur. *l.1. C. si cert. pet. l.1. & 2. C. de hæred. vel action. vendit. l. fin. C. de hæred. action. Gail. 2. observ. 146. n.3. Carpz. p.2. constit. 46. defin.1. n.6.* Et ita *ad requisitionem Illustriß. Regiminis Brunsuicensis in Comitatu Honstein, in Collegio nostro mense Mart. 1632.* decisum fuit: **Es werden zuförderst Caspar Köhns sel. Glaubiger/ welche uff vorgehende** recognition **oder sonsten ihre aussenstehende Schulden gnugsam bescheinigen/ befriediget/ und was übrig ist/ wird in zehen Theil/ wann Simon Köhns Mutter ihr Einbringen** conferiret, **zerschlagen / daran gemeltem Simon ein Theil/ und seiner Mutter drey Theil zukommen/ und gedachtes Caspar Köhns Kindern erster Ehe sechs Theil abzufolgen/ und seynd dieselbe sich mit ihrer Abfindung / besage der am 13. Novembr. Anno 1628. und 6. Febr. Anno 1629. ertheilten Bescheiden / an das halbspanner Gütlein sich weisen zulassen unverbunden / sondern ist dasselbe / wenn es der Erben keiner begehrt/ sonsten zuverkauffen.**

65.

66.

Et hæc assertio extenditur, ut etiam ante solutionem æris alieni, obærati debitoris liberis non debeantur alimenta, **Ziehe- oder Zuchtgelder/** nec etiam legitima, quæ illis aliàs jure naturæ competit. *l. Papinianus. 8. §. quarta. ibique Dd. ff. de inoffic. testam. Bald. in l. ult. §. in computatione. C. de jur. deliber.*

67.

68.

Carpzov p.1. constit.28. defin.157. Et ita *in Collegio nostro mense Februar. anno 1620. Valentino* Tondorffen zu Golmsdorff responsum fuit: Euers Eydams hinterlassene Güterlein betreffend / seynd davon alle seine bescheinliche Schulden / damit Er verhafftet blieben / ungeacht / daß also dann zu Aufferziehung des Kindes-Mangel fürfallen möchte / zubezahlen.

Eodem modo *ad requisitionem Reverendissimi Capituli Magdeburgensi* JCti *Helmstadienses mense Sept. Anno 1605. in concursu Creditorum* Hansen von Homburgs pronunciarunt: Es wird Barbara Holkin / Hansen von Homburgs sel. Witben ihre Weibliche Gerechtigkeit und dessen Töchtern ihre Außsteure und Unterhalt aus dem / was nach bezahlten Schulden übrig seyn wird / auch billich gefolget. Ita quoque *mense Mart. Anno 1638. Georgio* Pühlern zu Gerau respondimus: Daß die Kinder den Glaubigern zum Nachtheil von Väterlicher Verlassenschafft ihre legitimam zu fordern nicht befugt / und hat denenselben zum præjuditz der unausgestatteten Tochter der Acker von denen gesambten Erben auch nicht assignirt werden können / sondern wird denen Creditorn uff ihr Anweisen darüber billich verholffen / von R. W.

69. Imò nec cohæres cohæredi, licet adhuc impuberi alimenta præstare tenetur, veluti *in Collegio nostro mense Iun. Anno 1616. Simonis* Schefflers *liberis prioris matrimonij* zu Ronnenburg responsum fuit: Wann gleich etliche in anderer Ehe erzeugte Kinder / euere Halbgeschwister / noch unerzogen: Dennoch aber weil von Zucht und ziehe Geldt in gedachter Väterlicher disposition keine Meldung geschicht / so seyd ihr ihnen aus gemeiner Erbschafft ichtwas darfür zu reichen nicht schuldig / sondern lassen sich an Kindestheilen billich begnügen. Eodem modo *ad consultationem Præfecti Eisenbergensis mense Mart. Anno 1618.* decisum fuit: Wann gleich die Kinder anderer Ehe klein

und

und unerzogen: So seynd doch die Kinder erster Ehe denselben aus gemeiner Erbschafft Unterhalt zuschaffen / oder ein gewiß Zuchtgeldt zu ordnen nicht schuldig.

Prædicta tamen nostra assertio limitatur, quando creditores consentiunt, ut liberis impuberibus ex bonis debitoris certa summa loco alimentorum determinentur. Quanquam verò quantitas alimentorum sit in judicis arbitrio: *Buest. de Sponsa. lib. c. 50.* Inter rusticos tamen, & inprimis in Ducatu Altenburg: nsi solent quotannis Octo florenti unicuique hæredum impuberum usque ad duodecimum ætatis annum assignari, veluti *in Collegio nostro mense Mart. Anno 1630. ad requisitionem Iohannis* Loths *Quæstoris* zu Altenburg judicatum fuit: Deßgleichen seynd Merten Kohls sel. unmündigen Kindern / uff beschehene Verwilligung der Glaubiger / jedem biß es zwölff Jahr alt/ Jährlich acht Güld. zureichen / dahero bey Verkauffung ihrer Väterlichen Güter / solche Verordnung zu thun / auff daß die Unmündige berührtes Ziehegeldes vehig seyn mögen.

70.

71.

Deinde assertio nostra extenditur, ut etiam ipsi debitori obærato ante solutionem æris alieni ex ipsius bonis nihil debeatur, sed executio ita fieri possit, ut ei nihil relinquatur, unde vivere possit. *l. 1. C. qui bon. ced. poss.* Wesenbec. *part. 1. consil. 50. n. 17. Matth. Coler. de process. executiv. p. 2. c. 3. n. 116. Carpzov. p. 1. const. 32. defin. 15. n. 1.* Imò debitor non solvendo existens de jure Saxonico communi ad manus Creditorum adhuc tradi debet, qui eum in compedibus vel vinculis inclusum tenere, ejusque servitiis tamdiu uti possunt, donec is operis suis vel aliâ ratione integra debita solverit. LandR. *lib. 3. art. 39. ibique gl. n. 3. Matth. Coler. de process. execut. p. 1. c. 3. n. 160. cap. 6. n. 114. & cap. 7. n. 16. Carpzov. p. 2. constit. 22. defin. 1. Berlich. part. 2. conclus. 28. n. 15. 49 & 69.* Et ita *in Scabinatu nostro mense Octobr. Anno 637. ad informationem* Jon Ernst von Behringen zu Behringen zu Schie-

72.

73.

ben pronunciavimus: Do in euers Pachtmans gantzen Vermögen auff vorgehende excusion nicht so viel befunden würde/ daß Er selbsten zahlen/ noch derowegen Bürgschafft oder caution Euch bestellen und auffrichten könte: So seyd ihr euch wider ihn des in gemeinen Sächs. Rechten nachgelassenen eussersten Mittels zugebrauchen/ und bey der Obrigkeit/ damit euch dieser euer Schuld und Pachtman/ entweder die Schuld abzuverdienen/oder in Banden und Gefängniß abzusitzen/in die Hände gegeben werden möge gebürlichen anzusuchen und zu begehren wol befugt. Worauff Er so dann ieden Tag an seiner Schuld so viel mit seinen Dienst oder Arbeit abverdienet/oder mit dem Gefängniß absitzet/ als Er seiner Person Zustand und Gelegenheit nach

74 des Tages über erwerben und verdienen kan. Hæc tamen assertio restringitur in nonnullis personis, quibus beneficium compe-

75 tentiæ vel deductionis competit, de quo *in decisionum mearum part.1.decis.24.* actum fuit.

76. Hoc unicum ex parte creditorum notare & adjicere lubet, quod sc. illi non cogantur, documenta debitoris juratæ diffessioni committere, verùm si hic de perjurio forsitan suspectus sit, possunt creditores debita sua per testes probare. Churf. Sächs. Gerichtsordn. *dict.tit.25.* §. do aber dem *Producenten. Carpzov.p.1.constit.17.defin.14.* Et hujusmodi probationem per testes esse admittendam, *in Collegio nostro Anno 1607. ad requisitionem Regiminis Hallensis* pronunciatum fuit: Daß die übergebene Artickel ad probandum zuläßlich. Et hæc dicta sufficiant de iis, quæ tàm à parte creditorum, quàm debitoris, ante locationem vel sententiam requiruntur.

Restat dicendum, *quidnam Creditores inter sese expedire*

77. *vel observare debeant?* Hi autem jura sua diducere, & invicem super prioritate disputare debent, ut postea Judex benè infor-

78. matus super prioritate cognoscere possit. Sententiam enim debet

debetreferri & restringi ad prosecuta. *l. licet. ibiq. gloss. C. de judic.* *Ferrar. in pract. in form. libell. in action. real. in verb. dominii.* Et si Creditores jura sua deduxerunt, & utraque pars in causa conclusit, nihil restat, quàm ut judex super petitis & probatis pronunciet. *Arnold. de Reyger. in thesauro juris sub vocab. sententia. num. 89. & n. 132. cum seqq.* Et ita *Scabini Lipsienses mense Mart. Anno 1608. Iudici & Scabinis* zu Meinebe pronunciarunt: Daß ihnen ein ander Termin zu Liquidirung ihrer Schulden billich ernant und angesetzet wird/ darauff alsdann/ wenn beede Theil mit ihrer rechtlichẽ Nothdurfft/was ein Theil dem andern an seiner Forderung geständig oder nicht/gehöret/und der prioritet halben gegen einander verfahren/ eines oder des andern Erstigkeit halben/ oder sonsten in der Sachen ferner ergehet/ was recht ist/ von R. W.

79.

Ita quoque *mense April. Anno 1612. in eadem causa Dd. & Assessores Curiæ Electoralis Wittebergensis* pronunciarunt: Daß gedachter Kriegischer Vormund und seiner Pflegfrauen Ehemann uff der Glaubiger beschehenes Einbringen/was sie daran geständig oder nicht/ von Posten zu Posten sich einzulassen und zu antworten schuldig/auch die producirte Uhrkunden/ woferne dieselbe in originali anderweit vorgelegt/ zu recognosciren/ oder Severin Fuchs dieselbe eydlich zu diffitiren, und alsdenn die Parteyen sambt und sonders der prioritet halber von Mund in die Feder darüber zuverfahren pflichtig/ sie thun nun solches allerseits also oder nicht/ so ergehet darauff und eines und des andern Theils weiter was recht ist, von R. W.

Eodem modo *in Collegio nostro mense Majo, Anno 1638.* ad consultationem Fr. Sabinen von Kospoth/ gebornen Röderin/ Witben zu langen Wolffersdorff judicavimus: Daß zu förderst Michael Wagners Creditores auff einen gewissen Termin peremtoriè vorzuladen/ und ein jeder seine Forderung gebühr-

bührlich zu liquidiren und zu bescheinigen schuldig / auch die Glaubiger in gesambt gegen einander über der prioritet zu hören/ worauff so dann ihrer allerseits Befriedigung halben / und wie einer vor dem andern zubezahlen/ferner ergehet/was recht ist/von R. W. Ita quoque *mense Februar. Anno 1647. ad requisitionem Præfecti Superioris* zu Heiligenstadt pronunciavimus: Wann die Glaubiger ihre jura, wie recht / gegen einander deducirt, und behauptet etc. So ergehet alsdann der Glaubiger allerseits Befriedigung und prioritet wegen ferner / was recht ist/ V. R. W.

80. Præterea Creditoribus aliud de jure competit remedium. Si enim diversorum, sc. defuncti & hæredis, creditores concurrunt, jure & beneficio separationis gaudent *l. est jurisdictionis 2. C de bon. autorit. judicis possid. & t. t. ff. de separationib.* De quo *in sequenti membro* dicturi sumus.

CAPITIS I.

MEMBRUM POSTERIUS,

De

JURE ET BENEFICIO SEPARATIONIS.

SUMMARIA.

1. *Expositio l. 2. C. de bon. aut. judic. possid.*
2. *Ejus summa consistit in eo, quod creditores defuncti, separationem bonorum petentes, præferantur in bonis defuncti creditoribus hæredis.*
3. *Quid sit & quomodo definiatur separatio?*

4. Qui-

4. *Quibus beneficium & jus separationis tribuatur?*
5. *Separationem bonorum petere possunt* 1. *creditores defuncti.*
6. *Ex persona hæredis non mutatur natura obligationis cum defuncto contractæ.*
7. *Ex hæredis facto creditorum hæreditariorum conditio non debet fieri deterior.*
8. *Hæres adeundo hæreditatem defuncti censetur quasi contrahere cum creditoribus hæreditariis.*
9. *Hæres creditoribus hæreditariis æquè obligatur ac suis propriis.*
10. *Hæres in omne jus defuncti succedit, eúmque repræsentat.*
11. *Obligatio hæredum virtualiter & effectivè continetur in instrumento defuncti.*
12. *Hæres ex bonis defuncti tenetur creditoribus hæreditariis satisfacere.*
13. 94. & 99. *An & quomodo aditâ hæreditate jura defuncti ad hæredem transeant, atque illa proprium hæredis dicatur patrimonium?*
14. *Hæres adeundo hæreditatem non potest præjudicare creditoribus, nec aliquid capere nisi ære alieno prius deducto.*
15. *Hæres factum defuncti præstare, ejusque debita exsolvere tenetur.*
16. *Hæres an & quatenus à creditoribus hæreditariis conveniri possit?*
17. *Creditores defuncti ad solutionem faciliùs impetrandam separationem bonorum defuncti & hæredis petere possunt.*
18. *Quod soluto ære alieno superest, hæredi competit.*
19. *Creditores hæreditarii possunt separationem bonorum petere* 2. *licet ipsi hæredes sint instituti.*
20. *Hæc assertio procedit contra cohæredem, qui non est solvendo.*
21. *Objectio, quod hæres & defunctus pro unâ habeantur personâ, & per aditionem extinguatur actio, quam quis in bonis defuncti habet, diluitur, & resolvitur, quod procedat in hærede universali.*
22. *Hæres particularis in ea parte, quâ hæres est, defunctum repræsentat, in reliquis autem pro extraneo habetur.*
23. *An & quatenus hæres particularis jure separationis gaudeat?*
24. *Ius separationis competit* 3. *creditoribus, quibus ex die vel sub conditione debetur.*
25. *Objectio, quod conditione pendente nihil peti possit, diluitur.*
26. *Ex conditionali obligatione spes est, debitum iri.*

27. Ob hujusmodi igitur spem jus separationis creditoribus conditionalibus tribuitur.
28. Hæres sub conditione institutus ante conditionis eventum potest agnoscere possessionem.
29. Ius separationis competit 4. creditoribus hæreditariis, licet etiam hæredis creditores sint.
30. Prædictum jus competit 5. omnibus creditoribus tàm hypothecariis, quàm chirographariis.
31. Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.
32. An creditores defuncti chirographarÿ sint præferendi creditoribus hæredis hypothecariis?
33. An & quando hypothecarii aliis præferantur creditoribus?
34. Creditores defuncti chirographarÿ præferuntur creditoribus hæredis hypothecariis tàm in sorte, quàm in usuris.
35. Creditores defuncti præferuntur etiam iis, quibus hæres res hæreditarias pignori dedit.
36. Cur creditores defuncti præferantur creditoribus hæredis?
37. Ius separationis 6. locum habet in pluribus creditoribus hæreditariis, licet non omnes illud petierint.
38. Hoc tamen illis tantùm competit, qui illud desiderant & petunt.
39. Creditores gaudent jure separationis, qui illud neglexerunt.
40. Quicunq; beneficium spernit, se eô indignum facit.
41. Iura vigilantibus subveniunt, non negligentibus.
42. An & quatenus liberi ratione legitimæ pro creditoribus hæreditariis reputentur?
43. Liberis legitima jure naturæ debetur, & propterea hoc respectu illi habentur pro creditoribus.
44. An & quando legitima liberis præ aliis creditoribus debeatur?
45. Legitima ex bonis paternis debetur, eorumq; pars dicitur.
46. Legitima non debetur, nisi deducto ære alieno.
47. Ius separationis competit liberis, qui creditoribus sunt præferendi.
48. Ius separationis tribuitur 8. legatariis.
49. Legatarii tacitam habent hypothecam in bonis defuncti.
50. Ergò pro modo legatorum jure taciti pignoris res hæreditarias persequi possunt.

51. An

51. *An & quatenus legatarii jure separationis gaudeant?*
52. *An & quatenus actio hypothecaria competat legatariis?*
53. *Omnes defuncti creditores indistinctè præferuntur ejus Legatariis.*
54. *Differentia quoad prælationem & solutionem legatorum, quæ defunctus in suo testamento reliquit, & quæ ipse solvere debuit.*
55. *Conjunctio copulativa extrema æqualiter copulat & conjungit.*
56. *An & quatenus conjuncti & copulati in eadem dispositione censeantur æqualiter vocati proportionibus æqualibus.*
57. *Conjunctio interdum inducit ordinem.*
58. *An & quatenus creditoribus & legatariis jus separationis competat?*
59. *Legatarij jure separationis ex bonis defuncti legata petere possunt, & creditoribus hæredis præferuntur.*
60. *Ius separationis competit 9. ei, qui respectu diversarum hæreditatum consideratur modò ut hæres, modò ut is, cui succeditur.*
61. *Iure separationis non gaudent 1. creditores hæredis. Vid. fallent. 155.*
62. *Ratio differentiæ exponitur, cur creditoribus defuncti, non verò creditoribus hæredis beneficium separationis bonorum tribuatur?*
63. *Creditores defuncti non possunt cogi, ut eorum credita confundantur cum debitis hæredis.*
64. *Hæreditatis aditio non potest nocere creditoribus hæreditariis.*
65. *Creditores hæredis nullum habent jus in bonis defuncti.*
66. *Alia ratio diversitatis exprimitur.*
67. *Licet bona hæredis & defuncti per aditionem hæreditatis confundantur, hæc tamen patrimoniorum confusio non potest nocere creditoribus defuncti, neq; creditoribus hæredis prodesse.*
68. *Objectio, quod hæres adeundo hæreditatem defuncti plures sibi accumulet creditores, suisq; creditoribus noceat, resolvitur.*
69. *Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri ex proposito.*
70. *Nemo potest jus alterius diminuere.*
71. *Nullus videtur dolo facere, qui jure suo utitur.*
72. *Non ille damnum dat, qui jure suo utitur, sed qui fecit id, quod facere jus non habet.*
73. *Creditores hæredis jure separationis gaudent, quando hæres in fraudem ipsorum hæreditatem defuncti adiit.*

74. Contra naturam est, ut quis alteri ex proposito noceat, & jus alterius lædat.
75. Quando creditoribus hæredis, quibus jure communi beneficium separationis regulariter non competit, extra ordinem subvenitur in prædicto casu, tunc hæreditas adita habetur, pro non aditâ.
76. Alius casus exponitur, quo succurritur hæredi, quando compulsus fuit hæreditatem eamque alteri restituere rogatus, non reperit, cui restituat.
77. Factum, quod ipsi hæredi non præjudicat, nec ejus creditoribus nocere debet.
78. Casus de patrono ex l. pen. ff. de separationib. refertur, qui hæreditatem liberti petit, & eam urget separari ab alia hæreditate à liberto anteà aditâ.
79. Libertus in fraudem patroni non potuit se oneribus haud necessariis immiscere, atque patronum ære alieno onerare.
80. An & quatenus patronus liberto suo succedens jure separationis uti possit?
81. Creditores militis filiif. in ejus bonis castrensibus præferuntur aliis.
82. Hinc bona filiifam. paganica vel profectitia & adventitia separanda sunt à castrensibus.
83. Quænam bona dicantur castrensia?
84. Cur creditoribus cum filiof. milite contrahentibus jus separationis tribuatur?
85. Bona castrensia filiusf. habet præcipua, & conferre non tenetur.
86. Hujusmodi bona nec pater neque ejus creditores petere & adimere possunt in præjudicium creditorum, vel filiif. militis.
87. Creditores filii paganici non possunt concurrere cum aliis in bonis castrensibus.
88. Objectio, quod jus separationis tantum inter creditores diversorum debitorum locum habeat, apponitur.
89. Ad eandem respondetur.
90. Diversa bonorum qualitas operatur separationem diversorum creditorum.
91. Si quid in rem patris versum sit, & creditor militis cum patre in solidum experiri possit, non opus habet jure separationis.

92. Cre-

92. *Creditor contra patrem, in cujus rem atq; utilitatem pecunia ejus filiof. data est versa, agere potest.*
93. *Quomodo succurratur creditoribus hæredis, quibus jus separationis non competit?*
94. *Hæres beneficio inventarii impedire potest, ne ejus bona & jura cum hæreditate confundantur.*
95. *Inventario confecto hæres ultra vires hæreditatis non tenetur.*
96. *Hæres beneficio inventarii confecti omninò indemnis servari potest.*
97. *Confectio inventarii efficit, ut hæreditas adhuc jacens censeatur.*
98. *Inventarii confectio in præjudicium creditorum à testatore non potest remitti nec prohiberi.*
99. *Ergò nec hæres exceptionem inventarii à testatore remissi aut prohibiti creditoribus opponere potest.*
100. *Per confectionem inventarii bona defuncti & hæredis diversa & separata manent, ita ut creditoribus hæreditariis ex bonis defuncti, & creditoribus hæredis ex bonis ejusdem solutio sit præstanda.*
101. *Hæres defuncti, si sit ejusdem creditor, ex bonis ejusdem debitum suum potest exigere, si inventarium confecerit.*
102. *An hæres ad integra debita solvenda condemnatus, possit post sententiam inventarium producere, & impetrare, ne ultra vires hæreditatis teneatur?*
103. *Hæres creditoribus suis consulere potest, si repudiet hæreditatem.*
104. *Repudiatio olim solenniter facta est per fractionem virgulæ, aliumq; modum.*
105. *Hodiè solennia repudiandæ hæreditatis sunt sublata, & declaratio de non succedendo pro repudiatione habetur.*
106. *Quomodo in adquirenda hæreditate additio & immixtio differant?*
107. *Liberi viventibus etiam parentibus quodammodò rerum paternarum domini sunt.*
108. *Quomodo differant hæreditatem repudiare, & se abstinere.*
109. *Vocabulum tàm repudiandi quàm abstinendi denotat declarationem de non succedendo.*
110. *Per hosce duos actus fit declaratio, quod quis non velit acquirere hæreditatem.*
111. *Extranei hæredes tàm hæreditatem lucrosam pro lubitu adire, quàm damnosam repudiare possunt.*

112. *Liberi vel se immiscere paternæ hæreditati, vel ab ea abstinere possunt.*
113. *Hæreditatis repudiatio non præsumitur.*
114. *Unde constet & probari possit, quod quis hæreditatem repudiaverit?*
115. *Spes succedendi ab intestato vivente testatore non potest cedi neque repudiari.*
116. *Hæreditas nondum delata repudiari nequit.*
117. *Beneficium abstinendi & repudiandi omnibus hæredibus competit.*
118. *Repudiationis effectus exponitur. Hæres hæreditatem semel repudiatam adire, & semel quæsitam repudiare nequit.*
119. *Inventario autem confecto hæres pœnitere, & hæreditatem restituere potest.*
120. *Per confectionem inventarij evitatur confusio patrimoniorum, & ne hæres ultra vires hæreditatis teneatur.*
121. *De jure Saxonico hæres ultra vires hæreditatis non tenetur, etiamsi inventarium non confecerit.*
122. *Hæres de jure Saxonico ad inventarij confectionem præcisè non tenetur, sed eô deficiente juratam specificationem exhibere compellitur.*
123. *Hæres in foro Saxonico à creditoribus hæreditariis non potest conveniri, si hæreditatem semel aditam mediante inventario vel juratâ specificatione repudiet, eamq; restituat.*
124. *Iure separationis non gaudent 2. illi, qui fidem hæredis, in renovanda, constituenda, differendaq; obligatione, secuti sunt.*
125. *Creditores hæreditarii sibi imputent, si nomen fidemque hæredis elegerint.*
126. *Hæc assertio procedit, si spontè fidem hæredis secuti sint.*
127. *Qui cum aliquo contrahit, ejus conditionem prius explorare, sibíque damnum imputare debet, si hoc non fecerit, & damnum ex negligentia sua senserit.*
128. *Prædicta assertio limitatur, si creditores defuncti hæredem convenerint, & in judicio cum eo de debitis suis egerint.*
129. *Actionem exercendo conditio creditorum non debet fieri deterior.*
130. & 132. *Si nonnulli creditores fidem hæredis secuti sint, reliqui verò, non quæritur, an illi pœnitere, & jure separationis uti queant?*
131. *An quis ex alterius persona beneficium consequatur, quod per se non potest?*

133. *Quod*

133. *Quod semel placuit, amplius displicere nequit.*
134. *Viam, quam quis semel elegit, ambulare debet.*
135. *Nemo contra factum suum venire potest.*
136. *Beneficium separationis dividi potest, & competit tantum creditoribus petentibus, qui fidem hæredis non sunt secuti.*
137. *Ius separationis 3. locum non habet, si omnes creditores sint hæreditarii, & ab eodem debitore causam habeant.*
138. *In quibus bonis jus separationis procedat?*
139. *Locum autem habet 1. in bonis hæreditariis vel allodialibus, quæ à bonis hæredis separari & discerni debent.*
140. *Secus est in bonis feudalibus.*
141. *Successor feudi, qui non jure hæreditario nec beneficio Vasalli, sed jure sanguinis & beneficio primi acquirentis succedit, debita hæreditaria ex feudo solvere non tenetur.*
142. *Creditores nihil juris habent in bonis feudalibus, nisi hæc illis sint legitimè oppignorata, vel debita exigant feudalia.*
143. *Creditoribus contra successorem feudi ad solutionem æris alieni agentibus, exceptio non fundatæ intentionis vel actionis non competentis objici potest.*
144. *In quibus casibus successores feudi æs alienum à defuncto Vasallo contractum solvere teneantur?*
145. *Debita, quæ ex bonis hæreditariis sunt solvenda, non debent confundi cum debitis feudalibus.*
146. *Beneficium separationis competit 2. in bonis debitoris, quæ ipse post mortem suam reliquit.*
147. *Secus enim in iis, quæ ex emptione, donatione, aut alia justa causa ex titulo singulari in alium sunt translata.*
148. *Horum itaq; possessor à creditoribus non potest conveniri.*
149. *Iniquum & contra rationem est, alium esse debitorem, ab alio verò debitum exigi.*
150. *Iis in bonis, quæ anteà diversorum debitorum fuerunt, & post mortem unius ad alterum jure hæreditario pervenerunt, jus separationis locum habet.*
151. *Separationis autem jus tùm demum procedit, si res adhuc sit integra.*
152. *Res integra dicitur 1. si bona hæreditaria adhuc extent, & nondum sint distracta.*
153. *In bonis bonâ fide & sine fraude ab hærede venditis jus separationis non competit.*

154. Hæ-

154. *Hæres, qui bona hæreditaria vendidit, obligatus manet creditoribus hæreditariis.*
155. *Si hæres uni ex creditoribus solvit, solutio non potest revocari.*
156. *Si hæres ante separationem rem hæreditariam pignori dedit uni ex creditoribus, tunc pignoris obligatio separatione impetratâ extinguitur.*
157. *Res dicitur integra 2. si bona hæreditaria bonis hæredis nondum sint mixta.*
158. *Bonis verè unitis & confusis, separatio non potest impetrari.*
159. *Quomodo commixtio & confusio inter se differant?*
160. *Mixtio interdum pro confusione accipitur.*
161. *An beneficium separationis locum habeat, si frumentum defuncti sit commixtum cum frumento hæredis, vel illius vinum, aurum &c. confusum cum hujus vino & auro?*
162. & 165. *Separatione impetratâ, & hæreditate ad integra debita solvenda non idoneâ, creditores ad bona hæredis reverti nequeunt.*
163. *Unius electione, aditus alterius censetur præclusus.*
164. *Creditores sibi imputare debent, si bona defuncti petierint, & à persona hæredis recesserint.*
166. *Si Creditoribus defuncti ex bonis ejus solutio sit præstita, & quid supersit, debetur illud creditoribus hæredis.*
167. *Ratio differentiæ exponitur, cur creditores defuncti post separationem impetratam nihil ex bonis hæredis possint petere, cum tamen post solutionem creditorum defuncti superfluum ex bonis ejus tribuatur creditoribus hæredis?*
168. *Creditores hæreditarii quandoq; admittuntur ad bona hæredis, in quibus aliquid superest.*
169. *Hæc assertio procedit, si inventarium hæres non confecerit.*
170. *Ignorantia in facto proprio excusat, quando de damno vitando agitur.*
171. *Hæres, si inventarium confecit, ultra vires hæreditatis non tenetur.*
172. *Separatio bonorum olim decreto prætoris vel præsidis, causâ prius cognitâ, impetrari solebat.*
173. *Hodiè decreto Magistratus ordinarii conceditur.*
174. *Ius separationis intra quinquennium post aditionem hæredis peti debet.*
175. *Elapsô quinquenniô creditores beneficiô separationis renunciâsse præsumuntur.*

176. Se-

176. *Secus est in creditoribus hypothecariis.*

177. *An & quatenus major pars creditorum in præjudicium minoris partis debitori dilationem solutionis concedere possit?*

178. *Chirographarii vel simplices creditores, licet numero plures sint, hypothecariis tamen circa dationem solutionis, aut remissionem debiti, aut alio modo nihil præscribere, neque præjudicare possunt.*

IN præcedentibus dictum fuit, Creditoribus diversorum debitorum concurrentibus competere *beneficium & jus separationis.* De hoc autem inprimis agitur *in d. l. est jurisdictionis. 2. C. de bon. authorit. judicis possid. Imp. Gordianus A. Aristoni* ita rescripsit: *Est jurisdictionis tenor promptissimus, indemnitatisque remedium edicto Prætoris creditoribus hæreditariis demonstratum, ut, quoties separationem bonorum postulant, causâ cognitâ impetrent. Reportabis igitur convenientem desiderii tui fructum, si te non hæredum fidem secutum, sed ex necessitate ad judicium eos provocare demonstraveris.* In hâc autem lege talis proponitur casus: Titius decessit, Sempronio hærede instituto. Uterque autem certos reliquit creditores. Et cum hæres suspectus sit, quod de suo patrimonio creditoribus non possit satisfacere, quæritur, *an creditores defuncti, qui in d. l. 2. hæreditarii vocantur, possint petere, ut bona defuncti separentur à bonis hæredis, ita ut creditoribus hæreditariis ex bonis defuncti & postmodum creditoribus hæredis ex ejus bonis satisfiat, debitaq; singulis patrimoniis adhærentia ex illis sigillatim & separatim solvantur?* Et respondetur, quod sic, nisi creditores defuncti fidem hæredis secuti sint. Summa igitur hujus legis est, *quod creditores defuncti, separationem bonorum postulantes, præferantur in bonis defuncti creditoribus hæredis.* 1. 2.

Ut autem intelligatur, quid sit Separatio, de qua sc. hic agimus, eam definire placet, *quod sit bonorum defuncti ad illius* 3.

creditorum instantiam, à bonis hæredis, auctoritate Magistratus facta distinctio vel segregatio.

4\. Hoc autem indemnitatis remedium non omnibus tribuitur creditoribus, nec de omnibus bonis, nec omni tempore, *Donell. lib. 23. commentarior. juris civ. cap. 15. in princ.* De quibus ordine dicturi sumus, & quidem primùm *de personis, quibus præfatum beneficium competat vel non.*

5\. Separationem igitur petere possunt 1. **creditores defuncti**, *l. sciendum. 1. §. solet. 1 ff. de separationib.* ubi dicitur, *æquissimum esse, creditores defuncti, desiderantes separationem audiri.*

6\. Ex persona enim hæredis non mutatur natura obligationis cum defuncto contractæ. *l. stipulationum. 2. §. ex his. 2. ff. de V. O.*

7\. Nec ex hæredis facto creditorum hæreditariorum conditio debet fieri deterior. *d. l. sciendum. 1. §. ex contrario. 2. l. debitorum. 25. C. de pact.*

8\. Sed ille potius, adeundo hæreditatem defuncti, censetur quasi contrahere cum creditoribus hæreditariis. *l. apud Iulianum. 3. §. ult. & l. seq. ff. quib. ex caus. in possess. eatur. & §. hæres. 5. Inst. de obligat. quæ quasi ex contract. nasc.*

9\. Hinc æquè tenetur, & obligatur creditoribus hæreditariis, quàm suis propriis. *l. more. 8. ff. de adquir. vel omit. hæred.*

10\. Prætereà hæres in omne jus defuncti succedit, eumque repræsentat, *l. hæredem. 59. & l. hæreditas. 62. ibiq. Philip. Matthæ. ff. de R. J.*

11\. Hinc *Castrensis & alii Dd. ad l. postulante. 44. ff. ad SC. Trebell.* tradunt,

12\. obligationem etiam hæredum virtualiter contineri in instrumento defuncti. *vid. l. si pactum. 9. ff. de probationib.* Ergò hæres ex bonis defuncti creditoribus hæreditariis satisfacere tenetur. Et ita *à Sereniss. Electoris Brandenburg. inclyto Regimine* zu Cölln an der Spree *die 27. Septembr. Anno 1648. in causa liquidationis & prioritatis* Heinrichs von Bredow zu Lauchin/Roßkaw/ und Kriel/ *Parentis: &* Wichard Erdmans von Bredow/ *Senioris, Filij, Creditorum* decisum fuit: Daß

des Vaters Creditores von des Sohns Glaubigern zu separiren, und denselben in den vom Vater herrührenden Vermögen und Gütern zu præferiren.

Nec obstat, quod aditâ hæreditate omnia jura ad hæredem transeant, & bona defuncti confundantur cum bonis hæredis, ita ut hæreditas semel adita proprium hæredis patrimonium dicatur. *Bartol. in l. ejus qui 41. v. quod si stipulatus. ff. de R. C. l. 1. §. præterea. 12. ff. de separat. l. cum hæredes. 23. in princ. ff. de adquir. vel amit. poss.* Sed respondemus, hæc intelligenda esse, salvo jure tertii. Hæres enim, uti diximus, per aditionem suam non potest præjudicare creditoribus, nec aliquid ex hæreditate capere, nisi ære alieno prius deducto, per *l. subsignatum. 39. §. bona. 1. ff. de V. S.* Hic igitur factum defuncti, in cujus jus atque obligationem successit, ante omnia præstare, & æs alienum exsolvere tenetur. *l. cum à matre. 14. ibique Paul. de Castr. C. de R. V. Modest. Pistor. p. 4. quæst. 140. num. 2. Carpzov. part. 3. constit. 14. defin. 17. & seq.* Hinc colligitur, quod si id non fecerit, à creditoribus defuncti conveniri possit ex contractibus, qui cum defuncto sunt celebrati. *Surd. decis. 310. n. 2.* Et ita *in Scabinatu nostro mense April. Anno 1638. ad requisitionem* Nicol und Heinrich Nicols vom Ende/ Gebrüdere zu Kambergk pronunciavimus: Daß die Tretnerische Anverwandte/ wann sie Erbe suchen und haben wollen/ auch das jenige/ worzu sich ihre Freundin beständig verschrieben/ und vor sich zu thun schuldig gewesen/ nicht unbillich zu præstiren und zu leisten verbunden/ von R. W.

13. 14. 15. 16. 17.

Et hoc in favorem & propter commoditatem creditorum receptum est. Hi enim possunt petere, ut bona defuncti à bonis hæredis separentur & discernantur, & ita faciliùs solutionem consequantur. Et si hanc accipiunt, id quod reliquum est, remanet hæredi, cujus ratione dici potest, quod

18. 19.

aditâ hæreditate bona defuncti confundantur cum bonis hæredis, unumque hæredis patrimonium postea fiat & dicatur.

20. Et hæc assertio procedit 2. in creditoribus hæreditariis, licet ipsi hæredes fuerint instituti. *l. si uxor. 7. C. de bon. autor. judic. possid.* 21. Hi enim, quando cohæredes non sunt solvendo, possunt petere, ut fiat separatio bonorum defuncti & cohæredum. 22. Nec obstat, quod hæres & defunctus habeantur pro una persona, & per aditionem hæreditatis confundatur vel extinguatur actio, quam quis in bonis hæreditariis prætendit, cum nemo sui ipsius creditor esse possit. *l. debitori. 7. C. de pact.* Respon-23. detur enim, hoc verum esse in hærede universali. Secus verò est in eo, qui pro parte hæres est. Hic enim in ea saltem parte, quâ hæres est, defunctum repræsentat, in reliquis verò pro extraneo reputatur. *Petr. Peck. ad c. is qui in jus. 46. ampliatione 3.* 24. *de R. J. in 6.* Quamvis igitur pro rata, quâ creditor suo debitori succedit, tollatur actio: pro residuo tamen cohæredes convenire potest, & si hi non solvendo sint, potest petere bonorum separationem, non quidem ut hæres, sed ut creditor. Ipse verò per se & propriâ autoritate creditum à bonis defuncti non potest separare. *Petr. Surd. decis. 92. n. 6. & 7. Paul. de Castr. ad d. l. si uxor. 7. Vid. l. si ab eo 7. C. de negot. gest. l. si adulta. 6. C. de hæredariis actionib. & licet. 14. C. ad l. Falcid.*

25. 3. Nostra assertio locum habet etiam in illis creditoribus, quibus ex die vel sub conditione debetur. *l. creditorib. 4. ff. de separationib.* Et hanc extendit *Zasius ad d. l. creditorib. 4.* creditores sc. conditionales & in diem posse separationem bonorum petere, sive soli sint, sive cum puris creditoribus concurrant, ut sc. sint securiores, adveniente conditione & 26. die. Nec obstat, quod conditionalis obligatio nihil operetur, cum conditio nihil ponat in esse, sed faciat, ut eâ pendente 27. omnia sint in suspenso. Sed respondemus, ex conditionali

etiam

etiam obligatione spem esse, debitum iri. §. *sub conditione. 4. vers. ex conditionali. Inst. de V.O.* Hinc etiam *Vlpianus in l. 54. ff. de V.S.* ait, *creditores etiam esse, qui spem habent, ut actio competat.* 27.
Præterea etiam non solùm illis, quibus purè vel in diem, sed & quibus ex die & sub conditione debetur, separatio bonorum conceditur, ob spem, quod debitum iri possit, *Gædd. ad d. l. 54. in fine.* 28.
Et ex hac ratione etiam hæredi sub conditione instituto provisum est, ut ante conditionis eventum possessionem possit agnoscere. *l. si sub conditione 5. ff. de bonor. possess. secundum tabb.* & à judice competente petere, ut in possessionem bonorum testatoris immittatur. *Besold. part. 4. consil. 167. n. 79. & seq. Zasius ad d. l. creditoribus. 4. n. ult.* 29.

4. Separationem bonorum petere possunt creditores hæreditarii, licet non solùm defuncti, sed simul etiam hæredis creditores sint. Quod tamen intelligi debet quoad debita saltem hæreditaria *l. 3. ff. d. tit. Hilliger. in Donell. enucl. lib. 23. cap. 16. in not. sub lit. d.*

5. Prædicta nostra assertio locum habet non tantùm in creditoribus hypothecariis, verùm etiam chirographariis. *Bernhard. Schotan. in examine Iurid. part. 6. tit. 7. de separationib. fol. 805.* Sine ulla enim restrictione aut distinctione *in d. l. sciendum. §. 1.* dicitur, creditores defuncti, desiderantes separationem, esse audiendos, impetrareque à Prætore, ut separatim quantum cujusque creditoribus præstetur. 30.

Idem *in nostra l. 2. C. de bon. auctor. jud. possid.* de omnibus hæreditariis creditoribus indistinctè asseritur. Ubi igitur lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. *Everhard. in topic. loc. 23. ab absurdo. n. 7.* Et ita *in Scabinatu nostro mens. Iul.* 31.

Anno 1619. Quæstori Altenburgensi respondimus: **Daß Matthes Nitzschen des** Debitoris **Vaters Glaubiger des** Debitoris **Eheweib in der Abtheilung nicht unbillich vorzusetzen.**

32. Sed quæritur, *an creditores defuncti chirographarii sint præferendi creditoribus hæredis hypothecariis?* Et respondetur quod sic, *per text. expreß. in d. l. sciendum. 1. §. sciendum. 3. Schotan. d. l. fol. 806.* Hoc autem intelligendum est de bonis hæreditariis, in quibus illi jure separationis prærogativam habent. Quemadmodum enim creditores defuncti nihil ex bonis hæredis ferre possunt, nisi proprii creditores hæredis fuerint dimissi. *l. debitor. 3. §. ult. ff. de separationib.* Ita quoque creditores hæredis nihil juris habent in bonis defuncti, nisi creditoribus hæreditariis prius satisfactum fuerit. *d. l. sciendum. 1. §. item. 17. ff. d. t.* Deinde hæres, adjiciendo sibi creditorem, non potest præjudicare creditoribus defuncti, nec eorum conditionem deteriorem facere. *d. l. sciendum. 1. §. ex contrario. 2. Surd. d. decis. 310. Hilliger. in Donell. enucl. lib. 23. cap. 16. in notat. sub lit. b.* ubi dicit, quod aliàs chirographarii defuncti indignè jacturam facerent, inopi, & ære alieno obruto adeunte hæreditatem idoneam, nisi illis prædicto modo succurreretur.

33. Nec obstat, quod hypothecarius creditor aliis præferatur. *l. eos. 9. C. qui potiores in pign. hab. & l. creditor. 12. §. si primus. 2. ff. eod.*

34. Hoc enim procedit in unius debitoris creditoribus: Secus est in nostro casu, ubi diversi sunt debitores, & creditores defuncti propter beneficium separationis præferuntur creditoribus hæredis. Et ita *à Sereniß. Electoris Brandeburg. inclyto Regimine* **zu Cölln an der Spree/** *die 27. Septembr. 1684. in causa* **Heinrichs von Bredow** *Creditorum* decisum fuit: **Nach obstehenden** Hypothecarischen **Gläubigern/ werden Heinrichs des Vaters übrige schlechte** Creditores **zugleich bezahlet. Nach Abfindung des Vaters** Creditorn **aus dessen** bonis **werden des Sohns Wichard Erdmans eigene Gläubigere/ von den übrigen auff**

ihn

ihn gekommen Väterlichen Vermögen / wie auch aus seinen eigenen bonis nach stehender massen ordentlich bezahlt. Et chirographarios defuncti potiores esse hypothecariis hæredis non solùm in sorte, verùm etiam quoad usuras, *in Collegio nostro mense Mart. Anno 1615. ad requisitionem Fabiani* Birckenstock zu Honstein responsum fuit: 35.

Eodem modo *mense Mart. Anno 1649. ad informationem* Hansen Müllers/ *Civis Ienensis*, pronunciavimus: Ita quoque *in præfata causa & concursu Creditorum* Heinrichs von Bredow/ *ejusq. Filii* Hans Georgen *ICti Francofurt. die 4. Iulii, Anno 1653.* pronunciarunt: Wann die obgesatzte Väterliche Creditores alle mit einander völlig sind contentiret worden / so seynd als dann des Liquidati eigene Creditores in folgender Ordnung zu befriedigen. Et hæc nostra assertio quoque procedit in eo creditore, cui hæres rem hæreditariam pignori dedit. Licet enim hæres hujusmodi rem suo creditori possit oppignorare, attamen hic suo privilegio vel jure pignoris non potest uti in præjudicium creditorum defuncti, qui in bonis hæreditariis potius jus habent, & creditoribus hæredis præferuntur, uti *suprà n.12. præjudicio quodam* probavimus. Ergò etiam simplices creditores hæreditarii in bonis defuncti sunt priores, & præferuntur creditoribus hæredis, jus pignoris habentibus. Hæres enim in bonis hæreditariis nullum jus habet, nisi soluto ære alieno. Si verò posteà aliquid in iis bonis supersit, jus pignoris effectum habere, eoque creditor hæredis contra alios ejus creditores uti potest. *Zasius ad d. l. sciendum. 1. §. sciendum. n. ult.* 36.

6. Procedit nostra assertio in pluribus creditoribus hæreditariis, quorum quidam separationem petierunt, quidam verò non. Hoc enim in casu illi saltem immittendi sunt 37.

in

in possessionem bonorum hæreditariorum : hi verò inter cre-
38. ditores hæredis referuntur. Beneficium enim separationis non conceditur, nisi petentibus. *d.l.sciendum.* §.*1.* ubi dicitur, desiderantes separationem esse audiendos. Et hoc ipsum in hac lege sæpissimè reperitur. Idem *in d.nostra l.2.* asseritur, indemnitatis remedium creditoribus hæreditariis competere, ita tamen, ut, quoties separationem bonorum postulant, cau-
39. sâ cognitâ impetrent. Sibiipsis igitur imputent illi creditores, qui petitionem separationis neglexerunt, *per d. l. sciendum.1.* §.
40. *quæsitum est.16.* Quicunque enim beneficium spernit, se eo indignum facit, *argumento.l.auxilium.37.in fin.ff.de minorib.*
41. *Gail.2.observ.138.n.2.* Et jura vigilantibus & petentibus saltem subveniunt, non verò negligentibus. *l.non n.16.ff. ex quib. caus. major.*

42. 7. Inter creditores hæreditarios etiam referimus liberos, qui adversus hæredem, ejusque creditores separationem bonorum petere possunt, & ratione legitimæ illis præferun-
43. tur. Hæc enim jure naturæ liberis debetur, ejusque ratione liberi patris creditores dicuntur. *l.7.in princ.ff. de bon. damnat. l.scripto 7. in fin.ff. si tabul. testam. & l.36.* §.*2. C.de inoffic. testam. Novell.115.cap.3. & cap.5.in princ.* Nec obstat, quod legitima non debeatur nisi ære alieno prius deducto & soluto.
44. *Carpz. part.1. constit.28. defin.100. n.4.* Hoc enim verum est de
45. debitis paternis, non verò alienis. Legitima enim ex bonis paternis debetur, eorumq; pars dicitur. *l.scimus.36. in princ.ff.de*
46. *inoffic. testam.* Ergò debita etiam paterna prius solvenda sunt, antequam debeatur legitima, per *l. subsignatum.39.* §. *bona.1.*
47. *ff.de V.S.* Liberi autem jure separationis creditoribus hæredis sunt præferendi. Et ita *in Collegio nostro mense Octobr. Anno 1621. ad consultationem Illustriss. Regiminis* zu Zell pronunciatum fuit: **Wann Heinrichs von Halle Schulden alle abgetragen/ und**

der andern Kinder Gebührniß ihres Väterlichen Pflicht-theils abgerechnet: So ist von den übrigen allodialien erwehnter seiner Tochter das jenige/so ihr in Väterlichen Testament verordnet/zu geben/und ihres Bruders hinterlassenen Glaubigern vorzuziehen.

Ex qua sententia patet, quod 8. etiam illi, quibus à defuncto quid legatum est, jure separationis præferantur creditoribus hæredis. Legatarii enim tacitam habent hypothecam in bonis defuncti. §. *sed olim. 2. Inst. de legat. l. 1. C. commun. de legat.* Et ideò res hæreditarias jure taciti pignoris pro modo legatorum rectè persequi possunt. *Harpprecht. ad d. §. sed olim. 2. n. 19.* Ergò etiam illis jus separationis non potest denegari. *Zasius ad l. quoties. n. 4. ff. de separationib.* Hæc autem nostra assertio procedit, si creditores defuncti sint dimissi, iisque solutio facta. Creditores enim defuncti sua prius consequi debent credita, & si illis solidum adquisitum fuerit, tunc, quod reliqvum est, legatariis quæritur. *l. creditoribus. 4. §. 1. & l. pen. ff. de separationib.*

48.

49.

50.

51.

Licet igitur legatariis ad legata consequenda detur actio hypothecaria, illisque res hæreditariæ tacitè sint obligatæ vel oppignoratæ, hoc tamen intelligendum est creditoribus prius dimissis. Propterea etiam creditores, cujuscunque sint conditionis, & ita quoque simplices vel chirographarii legatariis præferuntur. *Zasius. d. l. n. 4.* Aliud verò dicendum est de iis legatis, quæ non ipse defunctus in testamento reliquerat, sed quia forsitan alicui successit, debebat. Quæ si defunctus nondum solvit, legatarii ex ejus hæreditate possunt petere. Ergò cum ipsi hoc casu referantur inter creditores, aliis non possunt postponi, si potius & pinguius jus non habeant. *Zasius d. n. 4.* Ea igitur, quæ supra de legatariis diximus, procedunt in illis legatis, quæ defunctus in suo testamento reliquit, non

52.

53.

54.

verò quæ ipse solvere debuit. Nec obstat, quod jus separationis creditoribus & legatariis copulativè sit concessum. *l. penult. ff. de separationib.* Conjunctio autem copulativa extrema æqualiter copulat & conjungit. Ergò legatarii non sunt postponendi creditoribus. Conjuncti enim & copulati in eâdem dispositione censentur æqualiter vocati pro portionibus æqualibus. *Domin. Cardinal. Tusch. practic. conclus. jur. tom. 2. conclus. 738.*

55.

56. Sed respondemus, hoc procedere, quando plures copulantur sub nomine collectivo. Secus verò est, si ordine successivo.

57. Conjunctio enim interdum inducit ordinem. Et ita quoque in

58. nostro casu creditores & legatarii jus separationis habent, non

59. æqualiter, sed ordine successivo. Dimissis enim creditoribus, admittuntur legatarii, ut jure separationis ex bonis defuncti legata petere possint, & creditoribus hæredis præferantur. *Zas. ad d. l. quotiens. num. 2. & 3.*

60. 9. In *d. l. sciendum. 1. §. secundum hæc. 8.* alius proponitur casus, ubi beneficium separationis locum habet, ut si quis respectu diversarum hæreditatum consideretur modò ut hæres, modò ut is, cui succeditur. E. G. Primus Secundum hæredem scripsit & instituit. Secundus verò Tertium. In hâc facti specie Secundus Primi hæres est, & Secundo succedit Tertius. Hoc igitur in casu creditores Primi separationem petere possunt adversus creditores Secundi & Tertii. Ita etiam creditores Secundi adversus creditores Tertii audiendi sunt, si separationem desiderent.

61. Econtra verò à beneficio separationis excluduntur 1. creditores hæredis. *d. l. sciendum. 1. §. ex contrario. 2. & §. secundum hæc. 8.* Hi enim regulariter contra creditores defuncti se-

62. parationem petere nequeunt. Sed quæritur, quænam sit ratio differentiæ, quod creditores defuncti possint petere separationem bonorum ejus à bonis hæredis, cum tamen è diverso

verso

verso non detur remedium separationis creditoribus hæredis respectu bonorum hæredis à bonis defuncti? Quanquam autem *Zasius ad l. sciendum. 1. in pr. n. 3. ff. de separationib.* referat, adhuc neminem rationem diversitatis dixisse, eam tamen *ex allegato textu* colligi posse concedit, quod hæres, adeundo bona defuncti, intelligatur quasi contraxisse cum creditoribus defuncti, intelligatur quasi contraxisse cum creditoribus defuncti, & ita incidisse in obligationem eorum, uti supra latius monstravimus. Cum autem commixtio plurium creditorum multa pariat incommoda: hinc creditores defuncti non possunt cogi, ut eorum credita confundantur cum debitis hæredis, cum quo non contraxerunt. Ergò factum ejus, scil. hæreditatis aditio non debet nocere creditoribus hæreditariis. E-contra verò creditores hæredis nullum habent jus in bonis defuncti, sed actio primùm cum hærede, cum quo contraxerunt, nata est. *Donell. d. cap. 15.* Ergò hi non possunt petere, multò minus obtinere separationem bonorum hæredis, à bonis defuncti. Alia ratio ponitur *in d. §. ex contrario 2.* quod hæres creditoribus defuncti suo solo facto non possit præjudicare, nec eorum conditionem deteriorem facere: suos verò creditores onerare, aliosque sibi creditores adjicere queat. *Anton. Fabr. in Codic. lib. 7. tit. 32. defin. 15. n. ult.* Præterea licet bona hæredis & defuncti per aditionem hæreditatis confundantur, hæc tamen patrimoniorum confusio neque creditoribus defuncti nocere, neque creditoribus hæredis prodesse debet. *Anton. Fab. de error. pragmatic. decad. 2. error. 2.*

63.
64.
65.
66.
67.

Sed obstat, quod, si hæres adeat hæreditatem defuncti, eo ipso sibi plures accumulet creditores, suisque creditoribus noceat. Quanto enim plures sunt creditores, tanto minus consequuntur illi ex bonis debitoris. *d. l. sciendum. 1. §. 1. & §. 2.* ubi dicitur, quod hæres, adjiciendo sibi creditorem, cre-

68.

69. ditoris sui faciat deteriorem conditionem. Cum autem alteri per alterum non debeat iniqua conditio inferri. *l. non debet. 74. ff. de. R. J.* nec quis jus alterius diminuere possit *l. 39. ff. de negot.*
70. *gest. & l. factum. 155. ff. de R. J.* Hinc videtur dicendum, aditionem hæreditatis non posse fieri in præjudicium creditorum hæredis. Sed ad hanc objectionem respondet *Zasius. d. l. n. 4.* quod hæres ex justâ causâ hæreditatem adeat, ex qua si oriatur occasio incommodi alicujus, hoc veniat non ex proposito, sed ex eventu & per accidens, & ita alteri per alterum deterior con-
71. ditio inferri possit. Huic resolutioni addimus, quod nullus videatur dolo facere, qui jure suo utitur. *l. nullus. 55. ff. de R. J.*
72. Nec ille damnum dat, qui jure suo utitur, sed qui fecit id, quod facere jus non habet. *l. nemo. 151. ff. eod.*

73. Dantur verò nonnulli casus, ubi creditores hæredis separationem impetrare possunt, ut si fortè ille in fraudem ipsorum adierit hæreditatem. Tunc enim adversus calliditatem ejus succurritur creditoribus. *d. l. sciendum. 1. §. quæsitum est. 5. l. 1. §.*
74. *ult. l. 14. & t. t. ff. quæ in fraudem creditor. fact.* quia contra naturam est, ut quis alteri ex proposito noceat, & jus alterius lædat. *l. solvendo. 39. ff. de negot. gest. l. non debet. 74. & l. factum. 155. in princ. ff. de R. J.*

75. Hoc igitur casu creditoribus, quibus jure communi beneficium separationis regulariter non competit, extra ordinem subvenitur, & ita hæreditas adita pro non aditâ, vel quasi eam hæres nunquam adierit, habetur. *Zas. ad d. l. sciendum. 1. §. quæsitum, num. 2.*

76. Deinde si hæres suspectam hæreditatem dicens compulsus fuit eam adire, & alteri restituere rogatus, sed postea non reperiatur fidei commissarius, cui restituat. Quo casu succurritur hæredi, ac si hæreditatem nunquam adiisset. *l. apud Iulia-*
77. *num. 11. §. utrum. 2. ff. ad SC. Trebell.* Et cum hoc factum ipsi

ipsi hæredi non præjudicet, id etiam ejus creditoribus nocere nequit. *d. l. sciendum. 1. §. sed si. 6. Donell. d. cap. 15.* ubi etiam alium casum *ex l. penult. ff. de separationib.* refert, de patrono, qui hæreditatem defuncti liberti tanquam sibi debitam petit, & ut eam uberiorem habeat, desiderat eam separari ab ea hæreditate, quam liberius vivus adiit, ne, admissis prius creditoribus hæreditariis, patronus aut nihil aut minimum consequatur. Æquum enim est succurri patrono, quia in fraudem ejus liberius non potuit se oneribus haud necessariis immiscere, neque ære alieno eum onerare. Patronus igitur liberto suo succedens separationem impetrare potest. 78. 79. 80.

Alius denique proponitur casus *in d. l. sciendum. 1. §. si filiifam. 9.* de creditoribus militis filiifam. qui in ejus bonis castrensibus præferuntur cæteris creditoribus, qui cum eo, antequam militaret, contraxerunt. Et ita bona filiifam. paganica, vel profectitia aut adventitia separantur à bonis castrensibus, creditoribus separationem petentibus. Bona verò castrensia vocantur, quæ à parentibus vel cognatis filio in militia agenti donata sunt, vel quæ ipse in militia acquisivit, quæ nisi militaret, acquisiturus non fuisset. *l. castrense. 11. de castrens. pecul.* Hujus exceptionis rationem dat *Donellus. d. l.* quod creditores, qui cum milite contraxerunt, ejusque personam & fidem secuti sunt, non debeant decipi, ut bona castrensia illis auferantur, & in alios, qui cum debitore nondum milite facto contraxerunt, transferantur. Hæc enim bona sunt propria filiifam. eaque filius habet præcipua, & conferre non tenetur. *l. miles. 4. ff. de castrens. pecul. l. 1. §. nec castrense. 15. ff. de collation.* Idem *de jure Saxonico lib. 1. LandR. art. 10.* est dispositum. Hæc igitur bona neque pater adimere, neque ejus creditores petere aut vendere, aut alio modo inquietare possunt. *princ. Instit. quib. non est permiss. fac. testament.* Idem dicendum 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87.

de creditoribus filii paganicis, quod nihil juris habeant in bo-
88. nis castrensibus. Ergò hi cum illis non possunt concurrere. Nec obstat, quod idem filius sit debitor, & iidem unius debitoris creditores: jus separationis autem tum demum concedatur,
89. quando diversorum debitorum creditores concurrunt. Respondemus enim, magnam esse diversitatem inter bona paga-
90. nica & castrensia. Ergò nulla eorum potest induci communio, sed diversa bonorum qualitas operatur separationem diversorum Creditorum, & ita creditores castrenses habent privilegium prælationis in bonis castrensibus, atque jure separationis aliis filii creditoribus præponi debent. *Zasius. in d. l. sciendum.* §. *si filiifam. num.2.*

91. Notandum etiam, quod, si quid in rem patris versum sit, & creditor militis cum patre eodem nomine in solidum experiri possit, separatio frustra desideretur. *d. l. sciendum. 1.* §. *si filii-*
non gaudere, tradit *Carpz. ad d. constitut. 28. defin. 60.* Impotentibus enim & non negligentibus jura subveniunt, *l. non 16. ff. ex quib. causis major.* Et unicuique sua mora nocet, *l. mora 88. ff. de V. O. & l. in condemnatione. 173. §. unicuiq. 2. ff. de R. J.* Secus igitur est, si creditor debitorem suum interpellavit, sed nihil consequi potuit. *Carpz. d. constitut. 28. defin 61.* 17. 18. 19.

CAP. III.

De Secunda classe illorum Creditorum, qui præter hypothecas, ex personali privilegio, jure prælationis gaudent.

SUMMARIA.

1. *Solutione creditoribus in prima classe factâ, admittuntur illi, quibus præter hypothecam ex personali privilegio prærogativa competit.*
2. *Quinam creditores ad secundam classem referantur?*

Creditoribus, qui ad primam classem referuntur, dimissis, eorumque debitis persolutis, admittuntur demum illi, quibus præter hypothecam ex personali privilegio prærogativa competit, veluti *in Collegio nostro mense Januar. Anno 1639. ad requisitionem Martini* Schultessen Geschwister zu Garbuß decisum fuit. De hisce autem agitur *in Ordinat. Judic. Elector. Saxon. tit. 43.* uti patet ex inscriptione: Von denen Gläubigern/ welche neben der dinglichen Gerechtigkeit ex personali privilegio eine prioritet und Vorzug haben. Et *in hoc tit. 43.* recensentur quatuor creditores, qui ad secundam classem pertinent, 1. mulier respectu dotis illatæ 2. fiscus ratione contractuum, 3. qui ad ædificationem, refectionem, & conservationem domus vel alterius rei pecuniam crediderunt, & 4. qui ad emptionem domus vel alterius rei mutuum dederunt, de quibus ordine dicturi sumus. Prius tamen lubet apponere ea, quæ *in Ordinat. Iudic. Magdeburg. d. c. 50. membr.* circa *secundam classem creditorum* sunt constituta, hisce verbis, 1. 2. 3.

II.
Von den Jenigen / welche neben dem jure hypothecæ ex personali privilegio einen Vorzug haben.

Des Schuldeners Eheweib wird wegen ihres beweißlichen eingebrachten Guths ohne Unterscheid des Ehegeldes oder paraphernalien, sie sind vorhanden oder nicht/rechtmäßiges Leibgeding / und der Gerade halber / so viel sie erweisen können / von Zeit Ehlicher Copulation in den Ehegeldern / in Paraphernalien aber von Zeit der illation allen und ieden ihres Mannes Gläubigern / so nicht ältere außdrückliche Verpfändung haben/billich vorgezogen/ wormit des Mannes altväterlichen Glaubigern / wann sie ein dingliches Recht oder separationem bonorum zu rechter Zeit gesuchet haben/nicht præjudiciret wird/ es muß aber der Beweiß wieder die Gläubiger nicht auff des Ehemannes blosse/oder auch Eydliche Bekäntnüß sondern in würcklichen und warhafften Einbringen/(darbey gleichwol unnöhtig/daß es eben in des Mannes Gütter verwand) gegründet seyn / sonsten hat sich das Weib dieses privilegii nicht zu freuen / es were dan / daß die andere Gläubiger auch keinen bessern Beweiß / als des Schuldeners Bekäntnüß hätten/ oder es befinden sich sonsten gewisse Umstände und Anzeige/ darauß illatio dotis abzunehmen / so were das Eheweib/oder die Wittwe einen Weg als den andern vorzuziehen.

Wie dann auch die Erben / welchen des Schuldeners Bekäntnüß zu widersprechen / nicht gebühret / sich mit dergleichen Exception nicht zubehelffen haben.

In Morgengabe / Mußtheil und Gerade ist eine Adeliche Wittwe andern Creditorn vorzuziehen. In Gegenvermächtnüß aber anderer Gestalt nicht / als so weit sie vor denenselben außdrücklich versichert / inmassen auch die Kinder

der erster Ehe wegen ihrer Mütterlichen Gütter vor der Stiffmutter billig bezahlet werden.

Wann das Weib mit ihrem Mann Wirth/oder Kauffmanschafft gehalten / und neben ihm einen Laden oder offene Marckhandelung getrieben / oder sie kan dessen überführet werden / daß sie die Güther verprassen helffen / oder auch die Güther in abwesen des Mannes selbst ein geraume Zeit übel verwaltet / so hatt sie sich dieses Vorzug Rechtens nicht anzumassen.

Was aber obberührter Massen / den Weibern zu gut geordnet / dessen haben auch ihre Kinder / nicht aber andere auswertige oder seitwarts anverwante Erben zugeniessen; Und ob es gleichwol mit den Cessionariis gleichmäßigen Verstand hatt/daß sich dieselbe des Privilegii dotalis personalis nicht zuerfreuen haben / so mag doch solche weibliche Gerechtigkeit/quoad tacitam hypothecam wol cedirt und in seiner Ordnung gesuchet werden.

Nechst diesen werden die Schulden bezahlet / so dem Fisco oder dem Publico in denen Fällen da es die Priorität hatt/zuständig / wann sie ex contractu herrühren / weil nach der Rechtsgelehrten begründeten Meinung/ neben der stillschweigenden Verpfändung/auch das Privilegium zustehet/ dahero er nicht allein denen ältern Persöhnlich privilegirten / sondern auch denen nachgehenden Hypothecarien vorgezogen wird.

In denen verwürckten Straffen aber wird der Fiscus oder Publicum alleine unter die Gläubiger / so stillschweigende Verpfändung haben / gesetzt/ und ist solches von der Zeit anzurechnen/da einer in die Straffe vertheilet worden.

Es erstreckt sich aber solch Privilegium Fisci auff den Casum Confiscationis gar nit / denn wenn gleich dem Schuldener seiner Verbrechung halber alle seine Gütter eingezogen wür-

würden/so sollen doch alle vorhergemachte Schulden zuförderst davon abgezogen und gezahlet werden / und was also dann noch übrig / das bleibet dem Fisco zur Straffe verfallen.

Was zuerweißlichen Bau/ Besser- und Erhaltung eines Hauses oder andern Guths ausgeliehen/also verschrieben / und nützlich angewendet ist / das wird wegen des zu Recht hierauff gesetzten privilegii und hypothecen auch vor den jenigen Creditoren, so ältere außtrückliche Vorpfändung haben/bezahlet und abgetragen.

Also ist es auch mit denen Geldern bewand / welche zu Erkauffung eines Hauses oder andern Guths vorgeschossen/und mit dem Bedinge dargeliehen sind / daß dem Gläubiger solch erkaufft Guth zum Unterpfande stehen soll / die werden in dieser classe wieder gut gemacht/ wenn auch schon dergleichen hypothec nicht bedinget ist / so behält doch der Außleiher in diesem Fall ein personale privilegium und wird allen Chirographarien vorgezogen/wie denn von den Rechts gelehrten etliche Personen erzehlet worden / denen ohne reservat auch die hypothec in diesem Paß zustatten kömpt.

Solte sich dann auch bey dieser classe zutragen / daß des Schuldeners Güter nicht zulangen / und zwischen den Gläubigern der priorität halber Streit vorfallen wolte / so hette der ältere/ wie unter den hypothecarien gebräuchlich/ wenn man der Zeit halber Gewißheit haben kan / billig den Vorzug / daferne es aber an eigentlicher Nachricht fehlet/ so wird das Eheweib oder dero Kinder / zuförderst wegen des eingebrachten Guths /die Unmündigen dero Gelder zu Erkauffung oder reparation des Schuldeners Güther verwendet / also dann der Fiscus, folgende aber mit einander / so weit es zureichet / bezahlet.

SEC-

SECTIO PRIMA.

De privilegio mulieris in repetitione. dotis illatæ.

SUMMARIA.

1. Pluribus creditoribus secundæ classis concurrentibus, præfertur ille, qui anteriorem hypothecam est consecutus.
2. Creditores æqualia jura habentes secundum prioritatem temporis sunt collocandi.
3. In pari causa qui prior est tempore, potior etiam est jure.
4. Mulier fisco anteriorem hypothecam in contractibus non habenti præfertur.
5. In casu dubio, quando non constat, cujus hypotheca sit anterior, uxor ratione dotis aliis in secunda classe positis creditoribus præponitur.
6. Dos pro numero liberorum & modo facultatum constituenda est.
7. Uxor quoad dotem de jure civili & Saxonico omnibus creditoribus anteriorem expressam hypothecam non habentibus præfertur.
8. Objectio de favore dotis diluitur.
9. Doti non ita est favendum, ut aliis injuria fiat.
10. Privilegium juris citra injuriam alterius intelligitur concessum.
11. Mulier præfertur iis creditoribus, qui ex privilegio temporis, i.e provisione legis anteriorem habent hypothecam, non vero iis, qui ex provisione hominis, i.e. speciali & expressa conventione.
12. Hæc assertio pluribus rationibus & autoritatibus confirmatur.
14. Mulier in bonis dotalibus à die consummati matrimonii præfato gaudet jure
15 Hæc assertio procedit 1. licet dos ante vel post nuptias sit numerata.
13. & 16. Deinde 2 procedit, licet mulier sibi de expressa hypotheca prospexerit.
17. Valet 3 hæc assertio, licet post contractum matrimonium sit constituta.
18. Hæc assertio extenditur etiam ad dotalitium quod in locum dotis succedit.
19. Mulier, ut præfato gaudeat privilegio probare debet, dotem verè esse illatam.
20. Probatio dotis solutæ per testes, documenta, vel alium legitimum fieri debet modum.
21. Hisce verò deficientibus, & aliis conjecturis, atque præsumptionibus concurrentibus illatio dotis juramento probari potest.
22. Delatio jurisjurandi de jure Sax. ante præstationem guarandæ & litis contestationem fieri debet.
23. Post guarandam præstitam vel litem contestatam Actor reo jusjurandum non potest deferre, licet antea de eo fuerit protestatus.
24. Secus est, si lis eventualiter & non purè fuerit contestata.

25. Delatio jurisjurandi locum habet, si sententia, in qua actori probatio fuit imposita, vires rei judicatæ non accepit sed per leuterationem fuit suspensa.
26. Probatio dotis numeratæ in præjudicium aliorum creditorum, sola mariti confessione fieri nequit.
27. Hæc assertio etiam procedit, licet juramentum mariti accesserit.
28. Simplex mariti confessio successori feudali non præjudicat.
29. Prædicta assertio limitatur, 1. in confessione mariti adminiculata.
30. Deinde 2. confessio mariti valet in præjudicium hæredum ejus.
31. Confessio mariti sufficit 3. quando reliqui creditores ex sola debitoris confessione agunt.
32. Ea etiam valet 4. si post confessionem mariti existant creditores.
33. Sufficit quoque 5. si creditores contra confessionem mariti non excipiant, nec eam impugnent.
34. Prædicta assertio limitatur 6. si tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis fuerit elapsum.
35. Exceptioni non solutæ dotis locus non est, quando conjugium ultra decennium duravit.
36. Numeratio dotis ex diuturnitate temporis præsumitur facta.
37. An præfata præscriptio noceat creditoribus, ita ut post decennium exceptionem non solutæ dotis non possint objicere?
38. Plures limitationes præfatæ assertionis recensentur, remissivè.
39. Mulier ratione dotis privilegio prælationis gaudet, 1. licet dos in bona mariti non fuerit conversa.
40. De jure civili & Saxonico mulieri nihil amplius imponitur, quàm ut probet dotis numerationem.
41. Qui præsumptionem juris pro se habet, onus probādi trāsfert in adversariū.
42. Dos mariti bonis illata præsumitur, si per apocham ab utroq; conjuge subscriptam vel per testes probetur, quod utriq; conjugi soluta sit.
43. Hæc præsumptio pro muliere ita militat, ut nulla ulteriori probatione gravari debeat.
44. Probatio incumbit ei, contra quem militat præsumptio juris.
45. Juramentum suppletorium deferri non debet, quando causa alio modo decidi potest.
46. Secus est, si præsumptio dotis non illatæ sit contra mulierem.
47. Una præsumptio tollit aliam, & fortior vincit debiliorem.
48. Præfata regula de privilegio dotis locum habet 2. in ejus augmento.

49. *Quod dispositũ est in principali, in augmẽto ejus intelligitur tacitè repetitũ.*
50. *Privilegium dotis ab initio constitutum porrigitur ad augmentum dotis posteà factum.*
51. *Privilegium prælationis in augmento dotis non incipit à die contracti matrimonii, sed augmenti facti.*
52. *Prædicta regula ampliatur 3. ut mulier jus prælationis in dote habeat, non tamen marito defuncto, sed eo adhuc vivente & ad inopiam redacto.*
53. *Quando maritus vergit ad inopiam, dos repeti potest.*
54. *Prædicta regula ampliatur 4. in dotalito.*
55. *Nobiles uxoribus ad vitæ sustentationem dotalitum constituere solent, quod cum earum morte expirat.*
56. *Dotalitium à viro uxori, ratione dotis in bonis suis & quidem regulariter feudalib9 interdum tamẽ etiam allodialibus ad dies vitæ constituitur.*
57. *Nomine dotalitii duplum ratione dotis solutæ quoad usuras vel pensiones solet constitui.*
58. *Dotalitium à vidua non potest exigi, nisi dote solutâ.*
59. *Secus est, si uxori dotalitium semel legitimè constitutum, vel maritus in mora fuit & dotem promissum non exegit.*
60. *Ille malè dicitur agere, cui obstat exceptio.*
61. *Quod perpetua exceptione defendi potest, dicitur non deberi.*
62. *Ubi semel libera voluntate vasalli ex certa scientia dotalitium est constitutum de dotis illatione non licet quærere.*
64. *Dotalitium in locum dotis succedit, eodemq; jure ac privilegio gaudet.*
65. *Mulier ratione dotalitii quo ad alios creditores præter tacitam hypothecam privilegium prælationis habet, sicut in dote.*
65. *Surrogatum sapit & assumit naturam surrogantis.*
66. *Mulier amittit dotem, si acceptet dotalitium.*
67. *Privilegium prælationis incipit in dotalitio à die consummati matrimonii.*
68. *Hæc assertio procedit in dotalitio, si ad legitimum & usitatum modum fuerit constitutum.*
69. *Secus est, si dotalitii modus non fuerit observatus.*
70. *Viduæ extra concursum creditorum alimenta ex bonis mariti debentur, donec dotem illatam vel dotalitium constitutum acceperit.*
71. *Viduæ prædicto casu jus retentionis competit.*
72. *Determinatio alimentorum moderationi Magistratus vel Domini Feudi relinquitur.*

73. Alimenta viduæ præstita de fructibus, quos respectu dotaliti exigere potest, deducuntur.
74. Prædicta regula 5. extenditur ad eam summam, quæ viduis ad emendam domum est assignata.
75. Accessorium sequitur naturam sui principalis
76. Accessio alicujus rei non debet diverso jure censeri ab ipsa re.
77. Prædicta regula 6. locum habet in portione, quæ viduæ ex bonis defuncti mariti vigore statuti debetur.
78. Quando vidua portionem statutariam accipit, ad exsolutionem etiam æris alieni à marito contracti pro rata tenetur.
79. Si bona mariti ad satisfaciendum creditoribus non sufficiunt, tunc ejus vidua portionem statutariam non potest exigere, sed contenta esse debet suis illatis.
80. Prædicta regula ampliatur 7. in donis nuptialibus, quæ pro parte dimidia viduæ debentur.
81. Hæc assertio locum habet, licet munera à cognatis uxoris proveniant.
82. Uxor in repetitione suæ dimidiæ jus prælationis habet, sicut in dote.
83. Præfata regula ampliatur 8. in hæredibus uxoris, quibus privilegium dotis tribuitur.
84. Hæc assertio procedit in descendentibus uxoris.
85. Secus est in aliis hæredibus, quibus ratione dotis tacita saltem competit hypotheca.
86. Patri verò privilegium prælationis competit, quando vivente filia dotem repetit.
87. Præfata regula extenditur 9. ad eum, cui uxor dotem suam ritè cessit.
88. Omnis actio omneq; jus, quod cedenti competit, transfertur in cessionarium.
89. Cessionarius eodem jure uti potest, quod cedenti competit.
90. Jus prælationis in tributis, aliisque exactionibus publicis competit etiam illi, cui Magistratus jus suum cessit.
91. Mulier jure prælaionis non potest uti contra eos creditores, in quorum debita consensit, sed hi in locum mulieris intrant.
92. Objectio affertur & diluitur.
93. Quod quis per seipsum, etiam per alium facere potest.
94. In Archiepiscopatu Magdeburgensi privilegium dotis personale non tribuitur cessionariis, sed tacita saltem hypotheca.
95. Præfata regula ampliatur 10. in bonis utensilibus.
96. Et contra limitatur 1. in bonis paraphernalibus.

97. Ma-

97. *Maritus de jure civili fructus perceptos ex bonis paraphernalibus & receptitiis restituere tenetur.*
98. *Quænam sit differentia inter bona paraphernalia & receptitia?*
99. *De jure Saxonico usus fructus omnium bonorum uxoris ad maritum, onera matrimonii sustinentem, spectat.*
100. *Mulier omnia sua bona in dotem dare potest.*
101. *Matrimonium sine dote contrahi potest.*
102. *Constitutio dotis in facto consistit.*
103. *Factum non præsumitur, sed probari debet.*
104. *Dos in dubio non censetur constituta.*
105. *Opinio Coleri, quod omnia illata uxoris reputentur esse dotalia, in desuetudinem abiit.*
106. *Privilegium prælationis uxori non competit, nisi dos expresse sit constituta.*
107. *Quænam sit differentia inter bona dotalia & paraphernalia?*
108. *Uxor bona sua paraphernalia adhuc extantia vindicare potest, & hoc modo omnibus aliis creditoribus præfertur.*
109. *Hisce verò consumptis tacitam saltem habet hypothecam.*
110. *De jure civili uxor in bonis paraphernalibus nulla gaudet hypotheca.*
111. *Prædicta regula limitatur 2. in pecunia ab uxore marito mutuò data.*
112. *Hujus respectu uxor non habet jus prælationis, sed tacitam saltem hypothecam.*
113. *De jure Saxonico conjuges non habent bona divisa, sed comunia respectu usus.*
114. *Maritus in bonis uxoris habet administrationem, uxor autem in bonis mariti tacitam hypothecam.*
115. *Excepta dote, omnia bona uxoris de jure Sax. habentur pro paraphernalib.*
116. *In Electoratu Saxon. uxor ratione mutui pro simplici habetur creditrice.*
117. *Prædicta regula limitatur 3 in donatione propter nuptias.*
118. *In donatione propter nuptias de jure civili uxor tacitam habet hypothecam.*
119. *De jure Sax. verò communi omnibus postponitur creditoribus.*
120. *Qui certat de damno vitando, præfertur illi qui de lucro captando certat.*
121. *In Electoratu Saxonico uxor respectu donationis propter nuptias pro chirographaria habetur.*
122. *Si mulier respectu donationis propter nuptias expressam habet hypothecam, tunc omnibus hypothecariis posterioribus præfertur.*
123. *Mulier in donatione propter nuptias privilegio prælationis gaudet, si eam pro dote retineat.*

124. Pri-

124. Prædicta regula limitatur 4. in sponsalitia largitate & cibariis domesticis, quæ viduæ Nobili post obitum mariti ex ejus bonis debentur.
125. Morgengaba duplex est, una quam sponsus sponsæ dat: altera, quæ viduæ Nobili ab intestato debetur.
126. Vidua ex testamento succedens morgengabam petere nequit.
127. In sponsalitia largitate & cibariis domesticis vidua omnibus creditoribus de jure Sax. postponitur.
128. De hisce æs alienum est solvendum, si hæreditas non sit solvendo.
129. Ratione morgengabæ uxor in Archiepiscopatu Magdeburg. est privilegiata.
130. Vidua æs alienum mariti non tenetur solvere de gerada.
131. Gerada sine ullo onere viduæ debetur.
132. Secus est, si maritus res utensiles in fraudem creditorum uxori comparavit.
133. & 135. Cur æs alienum mariti non sit persolvendum de gerada?
134. Gerada non debetur jure hæreditario, sed proprio, & ex speciali juris Saxonici provisione.
136. Creditoribus uxoris de gerada & an quando satisfieri debeat?
137. Morgengaba non debetur, nisi deducto prius ære alieno.
138. Secus est, si illius respectu uxor expressam habet hypothecam, quo casu omnibus posterioribus hypothecariis præfertur.
139. Prædicta regula limitatur 5. in bonis feudalibus, in quibus uxor omnibus hypothecariis expresſis postponitur.
140. De jure Saxonico communi mulier in feudis tacitam hypothecam non habet.
141. Secus est quoad dotem numeratam, & si bona allodialia deficiant.
142. Idem constitutum est in Electoratu Saxon.
143. Prædicta regula limitatur 6. in uxore, quæ communem cum marito habet negotiationem, simulq; debita cum eo contraxit.
144. Uxor non gaudet SCti. Vellejani beneficio, si se cum marito obligarit pro sua vel communi utilitate.
145. Uxor non tenetur, si maritus merces non communi sed suo tantum nomine comparavit.
146. Prædicta regula limitatur 7. si uxor pro marito intercesſit, & SCto Vellejano firmiter renunciavit.
147. An & quando uxor beneficio SCti Vellejani firmiter renunciare queat.
148. Prædicta regula limitatur 8. in uxore quæ juri suo renunciavit, & in debita mariti consensit.
149. Quomodo locanda sit mulier, quæ in non nulla debita mariti consensit?

150. Re-

150. Renunciatio hypothecæ uni creditori facta mulieri non præjudicat quoad alios creditores.
151. Secus est, si generaliter uxor juri suo renunciavit.
152. Liberi jure prælationis non gaudent, si in æs alienum patris consenserunt.
153. Prædicta regula limitatur 9. in muliere, quæ jure prælationis non gaudet contra liberos primi matrimonii, dotem suæ matris repetentes.
154. Liberi prioris matrimonii sunt præferendi liberis posterioris matrimonii.
155. Hæc assertio procedit in dote, non verò in aliis bonis.
156. Jus prælationis saltem in dote marito verè illata valet, & ad alia bona non potest in præjudicium aliorum creditorum extendi.
157. Prædicta regula limitatur 10. in uxore quæ viro obærato sciens nupsit.
158. Hæc limitatio sublimitatur & declaratur.
159. Prædicta regula limitatur 11. in uxore, cujus culpa maritus ad inopiam pervenit.
160. Hæc regula limitatur 12. in uxore, quæ bona mariti administravit sibique dotem non solvit.
161. Prædicta regula limitatur 13. in concubina, quæ neque dotem exigere, neque dotis privilegium habere potest.
162. Aliæ referuntur prædictæ regulæ limitationes remissivè.

AB initio notandum est, pluribus creditoribus secundæ classis concurrentibus, eum præferri, qui anteriorem hypothecam est consecutus. Cum enim æqualia jura habeant, rectè secundum prioritatem temporis veniunt collocandi per *l. potior. 11 & l. ult. ff. qui pot. in pign. Novell. 91. c. 1. & Nov. 97. cap. 3. ibiq. Gothofr. in not. sub lit. p. c. qui prior. extra de R. J. in 6. Ordinat. Judiciar. Elect. Saxon. d. tit. 43.* §. wann sie aber / ubi dicitur: Wann sie aber miteinander *concurriren* / hat sich keiner wider den andern seines *privilegii*, zu Nachtheil dessen / der zuvorhin eine dingliche Gerechtigkeit erlangt / zugebrauchen / sondern es wird allein auf das dingliche Recht / welches sie haben / gesehen / und derowegen der Zeit und Ordnung nach / wann einer nach dem andern solch Recht überkommen / befriediget. Idem statutum est *in Ordinat. Judic. Magdeburgens. cap. 50. membr. 2.* §. Solte sich dann :c. ubi dicitur:

1.

2.

Solte

Solte sich dann auch bey dieser classe zutragen / daß des Schuldeners Güter nicht zulangen/und zwischen den Gläubigern der prioritåt halben Streit vor fallen wolte / so håtte der åltere wie unter den hypothecarien gebråuchlich / wenn man der Zeit halber Gewißheit haben kan/billich den Vorzug *VVesenbec in Parat. ff. de privileg. creditor. n. 6.* ubi veram arbitratur *Azonis ad rubr. C. de bon. autor. judic. possid.* regulam, qui statuit, omnes æquale jus habentes concurrere ac dividere æqualiter, nisi quis tempore prior sit, *Beuther. d. tract. part. 2. cap. 9.* ubi ait. quod si par sit causa, potior sit jure, qui prior est tempore. *Carpzov. ad d. constitut. 28. n. 4. & seq. Berlich. p. 1. conclus. 65. n. 155.*

3.

Et ita *in Scabinatu nostro mense Jun. Anno 1640. ad requisitionem* des Amts *Secretarii* zu Glaucha respondimus: Jedoch seynd iezt benante *Creditores* (zur andern Claß gehörig) der Zeit und Ordnung nach / wie sich ihr Recht angefangen/ nach einander zubezahlen. Hinc etiam mulierem fisco anteriorem hypothecam in contractibus non habenti præferendam esse, *in Scabinatu nostro mense Januar. Anno 1640. ad quæstionem* Annen Barbaren Paschin zu Schlaitz pronunciavimus: Ihr habt bey so gestalten Sachen euer Weiblichen Gerechtigkeit euch zuerfreuen/und werdet des Raths Forderung/wann er kein ålter Recht hat/billich fürgezogen.

4

In casu verò dubio, quando non constat, cujus hypotheca sit anterior, tunc uxor, ratione dotis, aliis in secunda classe positis est præferenda, juxta *d. Ordinat. Judic. tit. 43. §. ult.* ubi hæc habentur verba: Wann man aber keine Nachrichtung haben kan / welches dingliche Gerechtigkeit unter denen Gläubigern ålter sey/soll in solchen Zweiffel erstlich das Eheweib/ihres eingebrachten Ehegeldes/folgends die Mündlein/(sc. ex cujus pecunia res est empta. *Berlich. d. conclus. 65. n. ult.* vel conservata. *Carpzov. d. constitut. 28. defin. 63. n. 6.*) und zum

5.

dritten der Fiscus seiner Schuld bezahlt werden. Idem planè constitutum est *in Ordinat. Judic. Magedeburg. cap. 50. membr. 2. §.* Solte sich dann &c. *hisce formalibus:* Solte sich dann auch bey dieser classe zutragen/daß des Schuldners Güter nicht zulangen/und zwischen den Gläubigern der priorität halber Streit vorfallen/so hätte der ältere/wie unter den hypothecarien gebräuchlich/ wenn man der Zeit halben Gewißheit haben kan/billich den Vorzug/daferne es aber an eigentlicher Nachricht fehlet/so wird das Eheweib/oder die Kinder/ zuförderst wegen des eingebrachten Guths/die Unmündigen dero Gelder zu Erkauffung oder reparation des Schuldeners Güter vorwendet/ alsdann der Fiscus, die folgende aber mit einander/so weit es zu reichet/ bezahlet.

Uxor igitur respectu dotis (quæ pro numero liberorum & modo facultatum debet constitui, *l. quæro. 60. & l. cum post divortium 67. § gener. 4. in fin. ff. de jure dot. Hartm. Pistor. p. 2. quæst. 37. n. 11.*) prærogativam habet, ut tàm de jure civili quàm Saxonico omnibus creditoribus anteriorem expressam hypothecam non habentibus præferatur, *l. un. § 1. C. de rei uxor act. l. ubi adhuc. 29. ibiq. Gothofred. in not. C. de jure dot. Novell. 109. c. 1. ubi Gothofred sub. lit. u.* rationes pro utraque opinione recenset. *Bartol. ad l. assiduis. 12. C. de jure dot n. 6. ibiq. Jason. n. 72. Donell. n. 4. & seqq. & Sichard. n 18.* in fine, ubi dicit, hanc sententiam observari in foro & judiciis, & secundum eam decidi. Et hoc notatu dignum esse monet, contra Advocatos vel Dd. qui soleant nonnunquam singulares & in foro non receptas sententias tueri. *Ripa in l. quæsitum. n. 7 ff. de privileg. creditor. Gomez. ad § fuerat. 29. Inst. de actionib. n. 37. ubiq. Schneidevv. n. 58. Coras. in l. qui liberos. n. 117. de rit. nupt. Göden. consil. 99. & seq. Cöler. p. 1. decis. 57. n. 6. & p. 2. decis. 27. n. 1. & in tract. de process. execut. p. 1. c. 2. n. 219. & p. 2. c. 3. n. 276. Rauchbar. p. 2. quæst. 30. n. 4. Köppen. d. quæst. 28. n. 32. Moller. ad d. constitut. Elector. Saxon. 28. n. 34. Gail. 2. observ. 25. n. 10.* ubi in fine

6.

7.

dicit, hanc oppinionem juri scripto, rationi & æquitati esse consentaneam, & secundū eam intrepidè se judicare velle, nec recordari, in Camera ab ea suo tempore unquam recessū fuisse.

Nec obstat favor dotis, cujus respectu *Imp. Justinianum* mulieribus non solùm tacitam hypothecam, sed etiam eas anteriori bus creditoribus præferri voluisse, tradit *Hunn. variar. resolut. juris civ. lib 3. tract. 3. part. 5. quæst. 4. in princ.* Ad hanc verò objectionem respondet *Gail. d. l.* quod doti non ita sit favendum, ut aliis injuriam faciamus: Et privilegium juris citra injuriam alterius concessum intelligi, probat *idem d. l. per l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quid. in loc. publ.* Deinde urget *Mynsing. cent. 4. observat. 13.* generalitatem *textus in d. l. assiduis. 12.*

Sed ad hoc dubium respondet *Sichard. d.* quod intelligi debeat de iis creditoribus, qui ex privilegio temporis, id est, provisione legis anteriorem habent hypothecam, non verò, qui ex provisione hominis, id est, ex speciali & expressa conventione. Idem statuit *Gail. d. l.* quod privilegium dotis uxori legis provisione datum non debeat excludere provisionem hominis, & expressam conventionem, temporis prærogativa firmatam: aliàs enim multi creditores contra bonam fidem inique deciperentur. Hinc *Anton. Faber. in Codic. l. 4. tit. 8. defin. un. n. 2.* ait, conditionem anterioris creditoris hypothecarii per dotem non posse fieri deteriorem, & Justiniani constitutiones non amplius esse in usu. Quam resolutionem defendit *Carpzov. ad. d. constitut. 28. defin. 65. n. 15. & seqq.* Et hanc sententiam approbavit *Sereniss. Elector. Saxon. August. d. constitut. 28.* in verb: Nach diesem soll des Schuldners Eheweib/mit ihrem eingebrachtē Gut/so viel sie des erweisē kan/allē andern gläubigern/so nit ältere ausdrückliche verpfändung habē/vorgezogen werden.

Quam etiam confirmavit modernus Elector Saxon: Potentiss. *in Ordinat. Judic. d. tit. 43. in princ.* hisce formalibus: Die Eheweiber haben zu recht/wegen ihres eingebrachten Ehegel-

geldes oder Heyrathguts / nicht allein eine stillschweigende Verpfändung / in ihrer Ehemänner Güter / sondern auch darneben *ex personali privilegio*, ein solch *jus prælationis*, daß sie damit auch denē Gläubigern / die vor ihnen stillschweigende Vorpfändung erlangt / aber gleichwol nit den jenigē / so zuvorn ausdrücklich Pfandrecht haben / vorgehen. Darumb sollen sie auch ihres Heyrathguts / so viel sie dessen erweissen können / vor allen andern Gläubigern / so nicht ältere ausdrückliche *hypothecas* haben / befriediget werden. Idem fuit constitutum *in Ordinat. Judic. Magdeburg. cap. 50. membr. 2. in princ.* ubi dicitur: Des Schuldners Eheweib wird wegen ihres beweißlichen eingebrachten Guts / ohne Unterscheid des Ehegeldes oder paraphernalien, sie seynd vorhanden oder nicht / rechtmeßiges Leibgedinge / und der Gerade halber / so viel sie erweisen können / von Zeit ehelicher copulation in den Ehegeldern / in paraphernalien aber von Zeit der illation allen und jeden ihres Mannes Gläubigern / so nicht ältere ausdrückliche Vorpfändung haben / billich vorgezogen.

Et ita *in collegio nostro mense Octobr. anno 1638. ad requisitionem* Hanssen Pesselers zu Meyen respondimus: Daß die Bötticherische Witwe ihr Einbringen / do sie solches richtig erweisen mag / in allen und jeden ihres Mannes Gütern / vor allen andern Gläubigern / so nicht ältere ausdrückliche Unterpfandt erlanget / zu suchen befugt.

Eodem modo & *anno mense Novembr. Quæstori Ronnenburgensi* responsum fuit: Uff euere an uns gethane Frage / darüber ihr euch des Rechten zuberichten gebeten / sprechen wir vor Recht: Seynd zu Linda in euern anbefohlenen Ampt zwo Wittwen wohnhafft / derer Männer beyde Jacob Gerolt / geheissen / darunter die ältere bey der jüngern neben ihrē Kindern 200. fl. zufordern / so ihrē seel. Mañ Jacob Gerolten dem ältern von seinem abgelebten Bruder Hansen Gerolten /

des längst verflossen 1608. Jahrs/durch ein *Testament legirt*, und vermacht. Nachdem aber gedachter Hanß Gerolt ohne Leibes Erben verstorben/und Jacob Gerolt der Jüngere seine Güter angenommen/und den ältern Jacob Geroltẽ wegen seiner 200. fl. *contentiren* und befriedigen sollen/hat er dieselbe abzutragen nicht vermocht/ sondern Zinsbahr bey sich behalten/die Zinsen in seinem Leben vor sich/wie auch nach seinem Todt seine nachgelassene Witwe etzliche Jahr nach einander richtig gemacht/ biß sie nunmehr mit eingefallener aller Welt bekandten Kriegs Unruhe auch ungeachtet des ältern Jacob Gerolts Witwe/nach ihres Mannes tödlichen Hintritt/umb Richtigmachung Capitals und versagten Zinsen vielfältig gemahnet/geklagt/und Hülffe ausgewircket/ ins 14. Jahr neben den Capital stecken blieben. So nun die junge Geroltin gnugsam bescheinen und beybringen kan/daß sie zu ihren Mann 800. fl. gewendet/und dargegen ihres Mannes Güter anietzo in schlechten Werth/ und bey weiten so viel nicht würdig/als berührtes ihr Einbringen austragen thut/so wird sie mit solchen ihren eingebrachten Guth nicht allein der alten Geroltischen Witwen/ als welche angezogenen *legati* halber nur eine stillschweigende rechtliche *hypothec* und Unterpfand vor sich anzuziehen hat/sondern auch allen andern ihres Mannes Gläubigern/ so nicht ältere ausdrückliche verpfändung haben/in der Zahlung billich vorgezogen/dahero sie sich auch an ihres Mannes Gütern allein zu halten berechtiget/von R. W.

Ita quoque *mense Januar. Anno 1640. ad petitionem* Annen Barbarn Paschin zu Schleitz pronunciavimus: Ihr habt bey so gestalten Sachen eurer weiblichen Gerechtigkeit euch zu erfreuen/und werdet dieser des Raths Forderung/wann er kein älter Recht hat wie auch andern Gläubigern/die ihres Anlehens wegen kein älter Unterpfand oder Einwilligung

vo

von euch und euern Kriegischen Vormund haben/ihr billich fürgezogen von R.W. Simili planè modo Domini Scabini Hallenses mens. Novemb. Anno 1655. Mariæ, Jacobi Kuntzen relictæ viduæ zu Eißleben responderunt: Ob ihr wol wegen euers durch n. 2. 3. und 4. beweißlich eingebrachten Guts von Zeit des Einbringens allen und ieden euers Mannes Gläubigern/so nit ältere ausdrückliche Verpfändung haben/ nit unbillich vorzuziehen seyd/ jedennoch aber und doferne etzliche euers Mannes Gläubiger noch vor gedachten euern würcklichen Einbringen allbereit eine ausdrückliche und zu recht beständige Vorpfändung in euers Mannes Güttern erlanget haben soltẽ/ so möget auch ihr solchen ältern Gläubigern mit euern eingebrachten Guth nicht vorgezogen werden/von R.W. Et in hac eadem causa mens. Januar. 1656. in Collegio nostro præfatæ viduæ eodem modo respondimus.

13. Et hæc assertio etiam procedit, licet mulier expressa hypotheca sibi prospexerit, quo casu idem privilegium habet, & creditoribus expressam hypothecam priorem habentibus postponitur, veluti declarat. *Schneidvv. ad d. fuerat. 29. n. 59. Inst. de actionib. Pensold. in additionib. ad Matth. Coler. decis. 270. n. 13.*

14. Notandum verò, quod mulieri in bonis dotalibus à die consummati matrimonii præfatum competat privilegium. *l. 1. ff. qui potior. in pign. & l. un. §. & ut plenius. 1. vers. vel promittatur C. de rei uxor. act. Gail. 2. observ. 86. n. 3. Hartman. Pistor. observ. 110. n. 2. & seqq. Jacob. Thoming. decis. 36. Berlich. p. 2. conclus. 30. n. 7.* Et ita quoque *in Novell. Elector. August. constitut. 24. part. 2. ut. & Ordinat. Judic. Elector. Saxon. d. it. 43. §.* welche der Weiber Recht/ expresse sancitum est, hisce formalibus: Welche der Weiber Recht/vermöge gedachter *constitution*, von Zeit der vollzögenen Ehe/und wann der Kirchgang oder *copulation* geschehen/ seinen Anfang gewinnen / und derowegen allein die ausdrücklichen Verpfändung/ welche vor solcher Zeit hergan-

gen/ für älter geachtet werden sollen. Idem *in Ordinat. Judic. Magdeb. d.c.50. membr. 2.* constitutum esse *in verbis*: von Zeit Ehelicher copulation in den Ehegeldern &c. Suprà monstravimus.

Et ita *in Collegio nostro mense Jul. Anno 1627. VVilhelmo* Neumairen/ *Civi Eisenbergensi* responsum fuit: Woferne euer Bruder / Lorentz Neumaier in Schulden der gestalt gerathen / daß entweder alle seine Gläubiger nicht abgefunden werden können/ oder doch sein Eheweib ihrer eingebrachten 180. fl. halben in Gefahr stehen muß: So hat euere Pflegfrau / gemeltes Lorentzen Eheweib / wann ihr solche 180. fl. zur Mitgift gegeben worden / einer dinglichen Gerechtigkeit von Zeit an des geschehenen Kirchengangs sich anzumassen / und wird in der andern Ordnung der Gläubiger allen denen / so nicht ältere ausdrückliche Vorpfändung haben / vorgezogen. Eodem modo *mense Februar. Anno 1618. & mense April. Anno 1625. ut & mense Decembr. A 1642.* decisum fuit.

Et hæc assertio procedit, 1. licet ante vel post nuptias dos fuerit numerata *d.l.1. & d. constitut. Elect. 24.* Eaq; locum habet, 2. licet expressa hypotheca fuerit constituta. *d. l.1. Neguzant. de pignorib part. 2 princ. membr. 4 n. 77. Nicol. Boer. decis.331. n.1. Berlich. d. conclus. 30. n. 10. & seq.* 3. prædicta assertio valet, licet dos post contractum matrimonium fuerit constituta. *Boer. d. decis. 331. n 3 Berlich. d conclus. 30. n. ult.* 4. eadem extenditur ad dotalitium, quod in locum dotis succedit, ejusq; naturam & privilegium prælationis eodem tempore accipit. *Novell. Elect August. constitut. 42. part. 2. ibiq; Moller. n. 10. Berlich. d. conclus. 30. n. 12.*

15 16 17 18

Antequam autem mulier præfato gaudeat privilegio, necesse habet, ut probet dotem verè illatam *d. l. assiduis. 12. §. ad hac. 1. vers. cum n. ibi.* Si tamen reipsa fuerint parti mariti datæ *& l. 1. C. de. dot. caut. d. Novell. Elect. August. constit. 24. in verb.* jedoch wann die Mitgift folgends oder zuvor würcklich einbracht / und dasselbige beweiset wird. Quæ dispositio *in Ordinat. Judic Elect. Saxon. d. tit. 43. in princ.* recepta & confirmata est hisce formalibus: So viel sie dessen erweisen können. Eadem reperiuntur verba *in Ordinat. Judic. Magdeburg. d. c. 50 membr. 2. in pr.* ibi: So viel sie erweisen können. Quod enim in dotem datum non est, repeti non potest. *l.1. C. de donatib. ante nupt. Heig. ad d. §. fuerat. n. 19. Inst. de actionib. Mynsing. cent. 1. observ. 61.*

19

Et ita *in Collegio nostro mense Januar. 1639. ad requisitionem* Curth

Seba-

Sebastian Worms zu Hailsburg respondimus: Wann gleich euers Vaters Wittib sich der Eheberedung zu halten / und dargegen von der einmahl beliebten *testamentir*lichen Verordnung wider abzuweichen befugt seyn solte / (wie doch itzt ausgeführter massen / mit Zulassung der Rechte/nicht seyn kan.) So weret ihr dennoch auf solchen Fall ihr ein mehrers/ als sie zu euern Vater würcklich eingebracht / heraus zu geben nicht verbunden / jedoch gleichwol vermöge der Eheberedung die verschriebene jährliche 30. fl. Leibzins auf ihr Lebenlang unweigerlich abzustatten/ und den Anfang solcher Zinsreichung von Zeit an ihrer Verehelichung zu machen schuldig.

Probatio verò dotis solutæ per testes, documenta, vel alium 20 legitimum modum fieri debet. Per probationem enim, quæ vigore allegatorum textuum uxori incumbit, legitima intelligitur. *Carpzov. p.1. constit.12. defin. 33. n 1.* Et ita *in Scabinatu nostro mense August. A. 1639. ad quæstionem* der Zöllnerischen Erben alhier zu Jehna pronunciavimus. Si verò uxor neque testes, neque documenta habeat, tunc concurrentibus conjecturis & præsumptionibus illationem dotis juramento suo probare, vel illud reo deferre potest, veluti *in Collegio nostro mense Septemb. A. 1634. Senatui* zu Schmölln responsum fuit: Hat Christoph Frentzels Witbe zu ihren Einbringen gekieset/ und in ihrer *liquidation* solche Posten angegeben und gefordert/ welche theils weder mit Zeugen noch schrifftlichen Uhrkunden zu bescheinigen: So ist sie ihrem Erbieten nach solche nicht geständige Posten / daß nemblichen sie dieselben ihrem verstorbenen Eheman warhafftig ein- und zugebracht/entweder mit einem Cörperlichen Eyde zu erhalten schuldig/oder den Erben solche in ihr Christlich Gewissen / Wissenschafft und Wolbewust zu schieben befugt/und die Erben entweder solchen *deferirten* Eyd würcklich abzulegen/oder der Witben hinwider zu *referiren respective* verbunden und befugt. Uf den ersten Fall seynd die Erben kein *juramentum calumniæ*: Uf den andern aber die Witbe/ do sie den Erben ihre Sache ins Gewissen scheibt/den Eyd vor Gefährde/ auch da die Erben ihr den Eyd wieder anheimb schieben solten/neben dem *referirten* Haupt-Eyd/auch den Eyd vor Gefährde zugleich zuleisten verbunden/ v. R. W.

Delatio autem jurisjurandi *de jure Sax.* ante præstationem guarandæ, & litis contestationem fieri debet. *Novell. Elect. August. constit. 11 part.1 ibiq; Carpz. defin. 14.* ubi tradit, actorem post litem contestatam sive præstitam guarandam reo jusjurandum deferre non posse, 21 22

licet

24. licet antea de eo fuerit protestatus. Jusjurandum verò ab actore deferri potest, si lis saltem eventualiter & non purè fuerit contestata, & guaranda nondum fuerit præstita, veluti *in Scabinatu nostro mense jun. Anno 1603. inclytæ Gubernationi Vinariensi* responsum fuit. Delatio quoque jurisjurandi locum habet,
25. quando sententia, in qua actori probatio est imposita, per leuterationem à viribus rei judicatæ fuit suspensa.

Et ita *Amplißs. Facultas Juridica in Universitate Wittebergensi ad requisitionem* der Gerbischen Handelsverwalter zu Leipzig pronunciavit: Ob wol in angezogenen Urtel erkandt/daß ihr die in der Verschreibung *sub dato* Butstatt am Tage aller Heiligen A. 1599. angedeutete *tradition* der Ochsen / welche Beklagter verneinet/zuerweisen schuldig: dennoch und weil aus den *acten* nit zubefinden/daß ihr die Gewehr wircklich angelobet / so stehet euch nochmahln bevor / ehe und zuvor solches geschicht/Beklagte solche exception non impleti contractus in prosecutione der widerberührtes Urtel eingewanter Leuterung in sein Gewissen/ Wissenschafft / und wolbewust zustellen/und ist er als denn/ woferne er sonsten nichts erhebliches dawider vorzuwenden hat/solches zueröfnen/oder mit Beweiß zuvortreten pflichtig/ von R. W.

26. Probatio autem dotis numeratæ, in præjudicium aliorum creditorum, sola mariti confessione fieri nequit. *l. 1. C. d dot. caut. Anton. Faber. in Cod. lib. 5. tit. 10. defin. 1. n. 1.* ubi inquit, mariti confessionem de dote recepta constante matrimonio factam, si neque numeratio intervenerit, neque dotis constitutio præcesserit, suspectissimam esse, nec creditoribus etiam posterioribus nocere. Et postea *n. ult.* nullam confessioni mariti fidem esse adhibendam repetit. *Gail. 2. observ. 81. n. 2. Moller. ad d. constitut. Elect. Saxon. 28. n. 35.* ibique *Carpzov. defin. 62. Mynsing. d. observ. 61* ubi ex aliis refert, hanc opinionem esse auream, & communiter receptam à Dd. eamque ubique servari. *Rauchbar. d. quæst. 30. n. 23.*

n.23.Matth.Cöler.part.3.cap.de processib.executiv.n.110. & n.114. ubi ait, quod dotis acceptæ confessio facta à marito, constante matrimonio, vana prorsus & inutilis sit.

Et hanc assertionem Dd. ampliant, licet juramentum mariti de accepta dote accesserit. *Cöler.d.l.n.115.carpz.ad d.const.28.defin.73.* Syngrapha igitur vel apocha mariti non sufficit, quia privata scriptura etiam recognita non probat contra tertium. *Covarruv.lib.2.variar.resolut.c.11.n.4.Schurff.consil.18.n.1.& 2.centur.2.* Et hæc, quæ de confessione mariti tàm jurata, quàm simplici dicta sunt, reperiuntur quoq; & confirmantur *in Ordinat. Judic.Magdeburg.d.c.50.membr.1.in princ. hisce verbis:* Es muß aber der Beweiß wider die Gläubiger nicht auff des Ehemannes blosse/oder auch eydliche Bekäntnüß/sondern in wircklichen und warhafften/einbringẽ/(dabey gleichwol unnöhtig/ daß es eben in des Mañes Güter verwandt) gegründet seyn/ sonsten hat sich das Weib dieses privilegii nicht zuerfreuen. 27

Et ita *in Collegio nostro m.Mart. An. 1614.ad requisitionem Illustrissimi Ducis Megapolitani Albrechti &c.* decisũ fuit. Hinc etiam simplex mariti confessio successori feudali præjudicare non potest, nec ejus voluntas uxorem ab onere probandi relevat. *Hartm.Pistor.l.1.q.4.n.11.* Et ita *in Collegio nostro m. Novemb.An. 1625.Balthasari* von Wangenheim zu Gretzschen responsum fuit: Dieweil in euers Bruders/ Jost von Wangenheim/ und dessen hinterlassenen Witwen Eheberedung also geschlossen/daß sie 1000.fl.in das Lehn einbringen/ und ihr alsdann nach euers Bruders/ Jost von Wangenheim/ absterben etzliche Jährliche Leibzinsen seiner hinterlassenen Witwen/Frau Marien/gebornen Dröschin von Botlar/auf ihr Leben reichen sollen: So ist gemelte Witwe vor Reichung der von ihr begehrten Leibzinsen / die wirckliche Einbringung/ solcher 1000. fl. zubeweisen schuldig / und were hierzu ihres verstorbenen Ehejunckers Bekäntnüß nicht gnug. 28

29 Hæc verò assertio limitatur 1. in confessione mariti adminiculata, vel certis adminiculis qualificata, e.g. si sit testib. confirmata, quo casu illa pro privata scriptura haberi nequit, sed robur suum habet, quasi publicè sit conscripta. *l. scripturas. 11. C. qui potior. in pign. hab.* Et hæc confessio receptæ dotis constante matrimonio per maritum factæ creditoribus præjudicat. *Gail. 2. observ. 81. n. 4. Mascard. de probationib. conclus. 362. Alvarot. Valasc. 6. consult. 6. Vivius decis. Neapol. 438. n. 15. & seqq. Carpzov. ad d. constit. 28. defin. 80.* Et ita quoque *in d. Ordinat. Iudic. Magdeburg. c. 50. membr. 2. in princ.* cautum fuit, hoc modo: **Es befinden sich dann sonsten gewisse Umbstände und Anzeige/daraus** Illatio dotis **abzunehmen/so were das Eheweib oder die Witwe einen Weg als den andern vorzuziehen.** Ita quoque *in Collegio nostro m. Mart. Anno 1614. in præfata causa* decisum fuit.

30. 2. Confessio receptæ dotis â marito factæ sufficit, nôn quidem in præjudicium creditôrum, sed saltem heredum, qui factum defuncti præstare tenentur, illique contravenire non possunt. *Gail. d. observ. 81. n. 2. Hartm. Pistor. d. quæst. 4. n. 8. Carpz. d. l. defin. 77.* Hæc quôque limitatio ponitur *in Ordinat. Magdeburg. d. l. §.* **Wie dann** &c. ubi dicitur: **Wie dann auch die Erben/welchen des Schuldners Bekäntnüß zu widersprechen nicht gebühret/sich mit dergleichen** exception **nicht zubehelffen haben.** Et ita *in Collegio nostro mense Septembr. Anno 1604. ad quæstionem Georg.* **Christophs von Wangenheim** pronunciatum fuit: **Dieweil euer Vater seinem Weib/euer Stiffmutter/ein Leibgeding auffgerichtet/und mit seiner Hand bekennet/daß er** *dotis loco* 800. **fl. empfangen/ihr auch ihn geerbet/so ist berührte Witwe fernern Beweises befreyet.**

Ita quoque *Mense Majo, Anno 1628. ad requisitionem Dn. D. Iohannis Andreæ* **zu Roßwien** heredum responsum fuit: **Ob wohl** *mariti confessio* **wegen seines Eheweibs Einbringens in** *concursu creditorum* **nicht gnugsam/ihm auch in wehrender**

Ehe

Ehe der nießliche Gebrauch dessen/was das Weib ihm zugewendet/sonsten zuständig: Dennoch weil D. Johann Andreæ zu Roßwien seel. seiner Haußfrauen ein mit eigner Hand geschriebenes und mit seinen gewöhnlichen Pitschafft bekräfftigtes Bekäntnüß *sub dato* Roßwien am *3. Februar.* des 1622. Jahrs zugestellet/darinnen stehet/daß sie ihm zu Erkeuffung eines Stück Guts 2500. fl. gelihen/und er dieselbe ihr zuverzinsen / mit ausdrücklicher Verpfändung des gekaufften Gutes und andern seines Vermögens sich verschrieben: So sind seine seitshalben Verwante und hinterlassene Erben solches alles zu halten schuldig.

3. Limitatur prædicta assertio, si reliqui creditores ex sola literaria cautione & confessione debitoris agant, quo casu cum mulier & alii creditores in pari sint conditione, mulier in dote confessa præfertur quia est favorabilior. *l. in ambiguis. 70. ff. de jure dot. Ludov. Roman. ad. l. 1. n. 22. ff. solut. matrimon. Jason. & Zas. in § fuerat. 29. ibiq; Schneidevv. n. 67. Inst. de actionib. Gail. d. observat. 81. n. 5. Mynsing. d. observat. 61. in fin.* ubi pro cautela tradit quod si creditores velint mulieri præferri, debeant actualem numerationem crediti probare. *Rauchbar. d. quæst. ult. n. 24. Cöler de processib. executiv. p. 3. c. 1. n. 122. Köppen. decision. quæst. 28. n. 31. Berlich. d. concl. 65. n. 51. Carpzov. ad d. constitut. 28. definit. 76.* Eadem reperitur restrictio *in Ordinat. Judic. Magdeburg. d. cap. 50. membr. 2. in pr. hisce formalibus.* Es were dann/daß die andern Gläubiger auch keinen beßren Beweiß als des Schuldners Bekäntnüß hätten. Et ita *in præfata causa mense Decembr. anno 1642. ad requisitionem Prætoris Hallensis* pronunciavimus.

4. Si post confessionem mariti fiant creditores. *Nicol. Boer. decis. 3, 0. n. 3. in princ. Covarruv. l. 1. var. resolut. c. 7 n. 6. sub fin. vers secundo ex eadẽ distinctione, & n. seq. Berl. d. conclus. 65. n. 61. & seq.*

5. Si creditores confessionem receptæ dotis à marito factæ nõ impugnẽt. *l. si ex cautione. 3. in verb.* exceptione opposita seu

doli, seu numeratæ pecuniæ *C. de non numer. pecun. Gail. d. observ. 81. n. 4. Berlich. d. conclus. 65. n. 57.*

6. Restringitur nostra assertio, si tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ sit elapsum. *Novell. 100. cap. 1. & 2. Gail. d. observ. 81. num. ult.* ubi ait, quod hoc in casu idem judicandum sit de dote confessata, quod de dote numerata, & dos confessata gaudeat omnibus privilegiis dotis. Et postea rectè statuit, quod hæc dos, quæ ab aliis schematica & colorata dicitur, præjudicet marito. Idemque statuendum de ejus hæredibus per *d. Novell. 100. Berlich. d. conclus. 65. n. 53.* Exceptioni igitur non solutæ dotis locus non est, quando conjugium ultra decennium duravit, & maritus post illud tempus moritur, quia numeratio dotis ex diuturnitate temporis facta præsumitur, & omnis querela denegatur, *d. Novell. 100. cap. 1. & Auth. quod locum C. de dot. caut. non numer. Wesenbec. consi. 141. n. 5. vol 3. Cöler. p. 3. cap. 1. de processib. execut. num. 120.*

Et ita *in Collegio nostro mense August. anno 1628. ad requisitionem Balthasaris* von Wangenheim zu Gretzschen pronunciatum fuit: Daß zwar gemelte Witwe besage der Eheberedung *sub dato* den 12. Julii/Anno 1596. 1000. fl. zum Heyrathguth in Jahres Frist/von dem ehelichen Beylager anzurechnen/ einbringen sollen/und dahero vor Reichung der Leibzinsen die wirckliche Einbringung solcher 1000. fl. laut unsers vorigen Urtels schuldig were/ welcher Meinung auch sind *Hartmannus Pistoris*, und *Joachimus Beust*, die ihr in euern *libell. allegirt.* Dieweil aber gedachter euer Bruder/ wie aus euers Gegentheils *exceptionibus* zuvernehmen/über 10. Jahr seiner obbenanten Haußfrauen ehelich beygewohnet/ und sich nicht darüber beschweret/als wann an Außzahlung derselben 1000. fl. Mangel vorgefallen/und hernach ein Leibgeding auffgerichtet worden/darein ihr ausdrücklich gewilliget/2c. So ist nunmehr beklagte Witwe in Erwegung der

von

von ihren Kriegischen Vormunden angezogenen Umständen/weder daß sie 1000. fl. Ehegeld richtig eingebracht/noch daß solches in das Ritterguth zu Wangenheim angewendet worden seye/zubeweisen vorpflichtet/sondern werden ihr die verschriebene Leibzinsen billich gereichet.

Sed quæritur, *an præfata præscriptio noceat etiam creditoribus, ita ut post decenniũ illi exceptionem non solutæ dotis non possint objicere?* Ita sentiunt *Gail. d. observ. 81. n. ult. Anton. Faber. in Codic. lib. 5. tit. 10. defin. 2.* & alii, quos allegant *Berlich. d. conclus. 65. n. 54. in fin. & Cöler. d. cap. 1. n. 121.* 37

Verùm privilegium prælationis in dote saltem realiter numerata locum habere, non verò in confessata vel cauta, & propterea etiam post decennium elapsum creditores exceptionem non solutæ dotis opponere posse, statuunt *Vincent. Carot. in tract. de excuss. bonor. part. 1. quæst. 10. in princ. n. 24. & seq. Menoch. lib. 3 præsumpt. 13. n. 31. Wesenbec. consil. 94. n. 3. part. 1. Schneidevv. ad d. §. fuerat. 29. n. 66. Berlich. d. conclus. 65. num. 54. Carpz. ad d. constitut. 28. defin. 74. Rauchbar. d. quæst. ult. n. 23.*

3. *Saxon. tit. 43. §.* **Also wann**/hisce verbis: **Also wann einer dem andern zu Erkauffung eines Hauses oder andern Guts/ Geld darleihet/mit dem bedinge/daß ihm solch erkaufft Gut darum zum Unterpfand stehen soll/derselbe hat auff den Gut eben das Recht/was bey dem nechsten Articul gemeldet/ und die**

die in diesem Titul erzehlte Gläubiger werden vermöge ihrer *privilegien* alle denen jenigen / welche dergleichen *privilegia* neben der dinglichen Gerechtigkeit zu recht nicht haben / der Gestalt / wie bey einem jeden gemeldet wird / vorgezogen. Eadem extat *constitutio in Ordinat. Iudic. Magdeburg. cap 50. membr. 2. §.* Also ist es auch ꝛc. ubi dicitur: Also ist es auch mit denen Geldern bewand / welche zu Erkauffung eines Hauses oder andern Guths vorgeschossen / und mit dem Bedinge dargeliehen sind / daß dem Gläubiger solch erkaufft Guth zum Unterpfand stehen soll / die werden in dieser *classe* wieder gut gemacht.

Plures textus, rationes, & Dd. autoritates adducunt *Rauchbar. p. 1. quæst. 5. n. 6. & seqq. Hartmann Pistor. p. 3. quæst. 15. n. 5. Berlich. d. conclus. 65. n. 144. Köppen. d. quæst. 28. n. 45. Carpzov. ad d. constitut. 28. defin. 107. Beuther. d. tr. p. 1 c. 19.*

Secus igitur est, 1. si quis simpliciter, absque expressa hypothecæ constitutione, in domus vel alterius rei emptionem pecuniam mutuò dederit, hic enim tacitam hypothecam non habet; sed personali tantùm privilegio gaudet, & simplicibus creditoribus præfertur, veluti etiam *in Ordinatione Iudic. Magdeburg. d. l.* provisum est, *hoc modo*: wenn auch schon dergleichen hypothec nicht bedinget ist / so behelt doch der Außleiher in diesem Fall ein personale privilegium, und wird allen chirographarien vorgezogen. Sed obstat, 1. quod *in sectione præcedente 3.* diximus, eos, qui ad refectionem & conservationem alicujus rei crediderunt, tacitam hypothecam cum personali privilegio nancisci. 5.

Idem igitur de nostro videtur statuendum casu, maximè cum 2. *in de Novell. de æqualit. dot. 97. c. bis consequens. 3.* conjungantur, *si quis propriis pecuniis procuraverit navem comparare aut fabricare, aut reparare, aut domum forsan ædificare, aut etiam emi agrum, aut aliquia horum.* Eodem igitur privilegio

gaudet, qui credidit in emptionem, vel reparationem alicujus rei. Ita enim *in d.cap.3.* expresſè deciditur, quod in his omnibus priores exiſtant poſteriores creditores, quorum pecuniis empta aut renovata res eſt, iis, qui etiam multò antiquiores ſunt. Idem 3. dicitur *in l. qui in navem. 26.ff. de rebus auctor. judic.poſſid.* quod qui in navem exſtruendam, vel inſtruendam credidit, vel etiam emendam, privilegium habeat. Et *in l.quod quis navis 34 ff. eod.* hæc ipſa verba repetuntur. Hiſce verò
6. non obſtantibus exiſtimamus, eum, qui ad domum vel aliam rem comparandam & emendam pecuniam absque conventione & conſtitutione hypothecæ credidit, illam ipſam rem pignoris vel hypothecæ jure obligatam minimè habere, propter expreſſos textus, quos ſupra allegavimus. Et hoc luce clarius eſſe dicit *Connan.lib.4.c.17.n.12. Donell. de pign. c. 4. in fin. Neguzant. de pignoribus. in 4. membr. 2. part. n.163. & 2. membr. 5. part. n.3. Hartmann. Piſtor. p.3. quæſt. 15. n. 5. & ſeq.* ubi hanc ſententiam non tantùm ſolidis juris rationibus ſuffultam, ſed etiam crebriori Interpp. calculo receptam, & ita meritò ſecundum eam tàm judicandum quàm reſpondendum eſſe concludit.

7. Nec obſtant rationes in contrarium adductæ. Primam enim quod attinet, maxima eſt differentia inter eum, qui ad ædificationem vel refectionem & conſervationem domus vel
8. alterius rei pecuniam credidit. Hic enim meritò aliis creditoribus eſt præferendus, quia ſuâ pecuniâ ſalvam fecit totius pig-
9. noris, & omnium creditorum cauſam. *hujus. 6. in princ. ff. qui potior. in pign. hab.* Et Reipubl. intereſt, ut ſarta, tecta conſerventur ædificia, & non ſint ruinoſa. *l.1.& t.t. ff. de pign. junct. l. cætera. 43. de legat. 1. l.5. C. de operib. publ.* Et hæc publica utilitas etiam verſatur in aliarum quoque rerum conſervatione *Rauchbar. d.p.1. quæſt. 5. n.21. & ſeq.* Prædictæ igitur impenſæ neceſſa-
11. riæ anteferendæ ſunt aliis debitis, quia in utilitatem Reip. debitoris, omniumque creditorum ſunt factæ. Diverſa verò eſt ra-

tio

tio in eo, qui ad emendam aliquam rem credidit, *Rauchbar. d. quæst. 5. num. 17.*

Nec 2. movet, quod *in d. c. 3. Novell. 97.* æquiparentur & conjungantur, qui ad rem aliquam reficiendam vel emendam crediderunt. Hoc enim factum est eam ob causam, ut Imperator relatione nonnullorum creditorum, quibus speciale prælationis jus & privilegium competit, ostenderet, hujusmodi privilegio non obstante mulierem in dote præferri. In hoc enim textu non dicitur, quod qui ad rem emendam pecuniam mutuò dedit, eam pignoris jure obligatam habeat, sed tantùm ibi de personali privilegio agitur, & quod illud contra dotem locum non habeat.

Deinde *in d. cap. 3.* fit mentio hypothecarum & privilegiorum è legibus datorum, ad quæ se Imperator refert, & nihil novi constituit. Ergò ex aliis juris textibus & legibus desumendum est, quale jus competat illis, qui ad refectionem & emptionem alicujus rei crediderunt. Supra autem monstravimus, tacitam hypothecam non competere illi, qui ad emptionem alicujus rei pecuniam mutuavit, sed specialem conventionem & hypothecæ constitutionem requiri. *Beuther. d. tract. p. 1. cap. 16. in princ.* ubi ait: Welche einem zu Erkauffung eines gewissen Dings ihr Geld fürstrecken/ die haben auch auff solchen gekaufften Gütern ein Vorzug der Zahlung halben/ sonderlich wo solche Güter *specialitèr vel generaliter* dem Leyher alsbald verhafftet worden/ das dann vor allen Dingen allhier von nöthen.

Et *in fine hujus cap. 19.* inquit: was etzliche vormeinen/ quod eo ipso, quod ex mea pecuia comparatur, res illa alicui ipso jure quasi jam obligata sit, &c. Hoc apertè falsum est, & leges allegatæ, *sc. l. 17. C. de pignorib. & l. 7. C. qui potior. in pign. hab.* expressam desiderant conventionem, quam omninò, si velimus locum dare prælationi, intervenire necesse est.

3. Nec 3. obstant *l. 26. & l. 34. ff. de reb. auct. jud possid.* quia non loquuntur de jure reali vel hypothecæ, sed personali privilegio, quod illi, qui ad rem aliquam emendam credidit, competit, modò expressè eam ob causam mutuò sit data. *Rauchbar. d. quæst. 5. n. ult. Hartmann. Pistor. d. quæst. 15. n. 13. & 15.* Hinc etiam

15. prædictus creditor, ex jure personalis privilegii, non hypothecariis, sed saltem chirographariis creditoribus est præferendus. *Berlich. d. conclus. 65. n. 152.*

Et ita *in Collegio nostro mense Septembr. Anno 1630. ad requisitionem Vincentii & Sigefridi Læliorum* zu Coburg responsum fuit: Hat euer Vater *Lælius* seel. vor 20. Jahren seinem ältisten Sohn / euern Bruder Gotfrieden / auch seel. zu Erkauffung eines Guths etzliche 100. fl. an vorgesetzten Gelt zusammen gewachsenen Tagzeiten an einem verkaufften Hauß zu rück hinterstehen lassen. Do nun gemelter euer Bruder sein Guth gekaufft / und sich ein *concursus creditorum* ereignet: So seyd ihr zwar nicht den jenigen Gläubigern / welche ein dingliche Gerechtigkeit darauff erlanget / aber doch denen / so blosse *chirographarii* sind / in der Zahlung vorzuziehen / von R. W.

16. Et hæc restrictio locum habet de jure Saxonico, licet creditor privatam hypothecam sit consecutus. Bona immobi-

17. lia enim sine judicis autoritate & consensu non possunt hypothecari *Novell. Elector. August. constitut. 23. part. 2.* ubi dicitur: Wiewohl nach gemeinen Rechten ein jeder seine Güter ohne gerichtliche *insinuation oppignoriren* und vorpfänden kan / so ist doch solches der örter / da die Sächsisch Recht gehalten / durch langwihrigen Gebrauch anders eingeführt / nemlich daß die *special* Vorpfändung unbeweglicher Güter / oder aber auch / wann sie gleich *general* und allgemein auf die Güter gerichtet / für der Obrigkeit / unter welcher sie gelegen / oder auch den Lehnherrn muß *insinuiret* werden / sonsten aber unkräfftig seye.

Et

Et postea: Es sollen aber die gerichtliche Vorpfändungen allen andern *hypothecis*, so nicht *coram judice* geschehen/fürgehen/ungeachtet/ob die andern der Zeit halben älter weren: *Moller. ad d. constitut. 23. num. 4. Matth. Cöler. de processib. executiv. part. 1. cap. 10. num. 191. & 198.*

Et ita *in Collegio nostro mense August. Anno 1607. ad informationem Michaëlis* Gerstenbergs zu Butstadt *relictæ viduæ* pronunciatum fuit: Habt ihr uff Johann Eichhorns Salpeterhütten zu Olbersleben im Amt Weymar gerichtlichen Arest gesucht/welcher auff sonderbahren Churfürstl. Befehl euch verstattet/auch von euch gebürlich *renovirt* und *prosequirt* worden. Ob nun wol Sigmund Werner zu Schleusingen wegen 400. fl. auff erwehnte Salpeterhütten eine geraume Zeit nach euch gleicher Gestalt Arrest gesucht und erlangt/ und ietzo fürgibt/als wan er dem Eichhorn zu Erkauffung der Salpeterhütten das Geld gelihen hätte: Dannoch dieweil es eine blosse privat hypothec, werdet ihr dem Werner in der Zahlung billich vorgezogen/von R. W.

18. Secus verò est pecunia pupillari mutuò data, quæ licet alias non efficiat tacitam hypothecam: si tamen ipse tutor pecuniam mutuò simpliciter acceperit, & ex pecunia pupilli sui quid emerit; vel quando pecunia pupillaris alicui ad emptionem alicujus rei mutuô data sit, tunc hisce casibus pupillus potest in rem agere. *l. idemque 7. ff. qui potior. in pignor. hab. Hartmann. Pistor. d. quæst. 15. num. 10. & seq. Köppen. d. quæst. 28. num. 36. Carpzov. ad d. constitut. 28. defin. 109. Berlich. d. conclus. 63. num. 146. Beuther. d. tract. p. 1. c. 1.*

Et ita *in Collegio nostro Anno 1613. ad quæstionem* Richter und Schöppen zu Meinebe responsum fuit: Die unmündigen Kinder betreffend/weil der Fall einig und allein zu recht ausgenommen/daß nemlich/wann um der Unmündigen Geld ein stück Guths erkaufft/ihnen also dann in dem erkauff-

kaufften Guth die Erstigkeit gebühre/als will folgen/daß in den andern Fällen die *prælation* in eines frembden und nicht gewesenen Vormunds Gütern ihnen nicht zuständig / sondern unter die *personal Creditores* zusetzen/von R.W.

Ita quoque *mense Septembr. Anno 1625. ad requisitionem Senatus Buestadiensis* decisum fuit; Dieweil des Hansen Leßkers von Eckhartsberga Handschrifft *sub dato Martini anno 1617.* von unmündigen Kinder Geld nichts meldet / zu dem den Unmündigen in ihrer Vormunden und nicht frembden Leut Gütern / ohne ausdrückliche und beständige *hypothec*, wann von ihren Geld solche Güter nicht gekaufft / eine *prioritet* zuständig: So hat gemelter Leßker wegen unmündiger Kinder Geld sich keiner *prælation* anzumassen. Dieweil er aber eine *privat hypothecam* erlanget: So ist er den andern *chirographariis*, welche keine/oder eine jüngere *privatam hypothecam* haben/vorzuziehen.

Eodem modo *mense Novembr. Anno 1629. ad consultationem Heinrici* Hoffmans/Schaurotischen Richters zu Kaschwitz/pronunciatum fuit: Daß der unmündigen Kinder Geld/ davon das Kretzschwitzer Handelsbuch besaget / wann obbenanter Valtin Wildeck ihr Vormund nicht gewesen / und von ihren Geld bemelt Pferdfrohnguth nicht gekaufft / in diese letzte Ordnung der Gläubiger gehörig.

19. Hoc igitur speciale jus pupillis & minoribus tantùm competit in rebus eorum pecunia coemptis vel comparatis. Idemque privilegium tribui quoque militibus & mulieribus statuit *Rauchbar. d. quæst. 6. n. 7.* Imò hocce *Berlich. d. conclus. 65. n. 147. & seqq.* extendit ad Ecclesiam, furiosum, prodigum, atque alium in alterius potestate constitutum, nec non socium omnium bonorum, itemque conjuges. Et huc quoque inclinat *Ordinatio Judicaria Magdeburg. d. c. 50. membr. 2. §.* Also ist es auch/ubi in fine dicitur; wie denn von den Rechtsgelehrten etzli-

etzliche Personen erzehlet werden / denen ohne reservat auch die hypothec in diesem Paß zu statten komme. Hinc colligi- 20. tur, alios creditores, quorum pecunia domus, ager, vel aliæ res sunt emptæ, hac pecuniæ numeratione nequaquam causam vel jus pignoris consequi, nisi specialiter eas sibi obligari curaverint. Prædicta enim specialitas vel exceptio non tollit jus 21. commune, sed exceptio potius confirmat regulam in casibus non exceptis. Et quod non excipitur, sub judicio regulæ vel juris communis dispositione remanet. *Cubach. libr. brocardic.* 22. *c. 1. brocard. 8. & seq.*

Præterea prædictum privilegium locum non habet, sed 23. præfata nostra assertio 2. limitatur, quando quis post perfectam emptionem, ad exsolvendum tantùm pretium, pecuniam emptori credidit. Hoc enim casu dici non potest, quod pecunia ad emptionem fuerit mutuò data, & propter ea etiam cessante causa cessat privilegium. licet creditor de hydotheca 24. sibi prospexerit. Constitutio enim hypothecæ non sufficit, sed adhuc requiritur, ut nominatim ad emptionem pecunia sit credita, per *text. expreß. in d. Ordinat. Judic. Elector. Saxon. tit. 43.* §. Also wann einer dem andern 2c.

Ex hoc igitur textu constat, ut privilegium prælationis 25. locum habeat, requiri, ut hypothecæ constitutio ipsam domus, vel agri, vel alterius rei emptionem præcedat. Si enim post per- 26. fectam emptionem hujus modi res jure pignoris obligari posset, tunc creditori hypothecam generalem antiquiorem habenti fieret injuria, & magnum inferretur præjudicium. *Carpzov. ad d. constitut. 28. defin. 108.* ubi elegans adfert præjudicium. & ita *in Scabinatu Lipsiensi mense Mart. Anno 1635. in causa* Herman Zangers zu Uttenhausen pronunciatum fuisse testatur.

CAP.

CAP. IV.

De tertia classe illorum Creditorum, qui jus reale ex hypothecis, immissionibus & arrestis habent.

SUMMARIA.

1. Quinam jure reali gaudeant, & ad tertiam Creditorum classem referantur.
2. Jus reale competit in bonis debitorum, 1. per provisionem legis vel hypothecam legalem.
3. Cur hypotheca legalis dicatur tacita?
4. Jus reale competit 2. per hypothecam expressam, tàm generalem quàm specialem.
5. Idem tribuitur 3. per judicialem immissionem.
6. Nec non 4. per aresti impositionem.
7. & 30. Inter creditores, jure reali gaudentes, prioritas temporis attendi debet.
8. Qui prior est tempore, potior etiam est jure.
9. Creditores, quibus jus reale competit, æquale jus pignoris habent.
10. Pignus aliud est legale, aliud conventionale, aliud judiciale, aliud prætorium.
11. Idem jus statuitur in pignore, sive sit generale, sive speciale.
12. Hypothecarii creditores æquali jure gaudent, nisi unus sit altero prior tempore.
12. Temporis prioritas inter creditores hypothecarios etiam quo ad momentum attenditur.
14. Si debitoris bona non sufficiunt, hypothecariis tempore prioribus solutio est præstanda, posterioribus exclusis.
15. Nonnullæ recensentur objectiones.
16. Objectiones allatæ resolvuntur.
17. Inter hypothecarios creditores prioritas temporis ita debet attendi, ut anterior hypotheca conditionalis præferatur posteriori puræ.
18. Deinde prior hypothecarius præfertur posteriori, licet hic bona hypothecata possident.
19. Prior hypothecarius non potest per posteriorem jure suo privari.
20. Creditor posterior ex sola possessione sese contra priorem non potest tueri.
21. Res alteri oppignorata cum sua causa & onere ad posteriorem transit creditorem.

22. Po-

22. *Posterior creditor non potest jure pignoris uti nisi priori sit satisfactum.*
23. *Si tertius nomine proprio pignus possidet, creditor non, nisi excusso principali debitore, tertium, pignus possidentem, convenire potest.*
24. *Hæc assertio procedit tàm in hypotheca legali quàm conventionali.*
25. *Ordinarium judicium hypothecariæ actionis adversus tertium possessorum non competit, si principalis est solvendo, sed creditori opponi potest excussionis exceptio.*
26. *Nec summarium judicium procedit, nec executio instrumenti guarentigiati contra tertium possessorem, & singularem successorem peti potest.*
27. *Hæc assertio fallit 1. si debitor notoriè non sit solvendo.*
28. *Idem etsi 2. si tertius possessor se pro debitore constituit.*
29. *Prædicta assertio limitatur 3. si tertius possessor scivit, rem alteri anteà esse hypothecatam.*
31. *Si plures creditores uno tempore jus reale sunt consecuti, vel de prioritate temporis non constat, perfertur ille qui pignus possidet.*
32. *Possessor plus juris habet eo, qui non possidet.*
33. *Qui actionem hypothecariam instituit contra tertium possessorem, probare debet suam hypothecam priorem esse.*

HActenus egimus de illis creditoribus, qui jus reale, cum privilegio prælationis, habent, & non immeritò aliis, qui hoc jure & privilegio non gaudent, sunt præferendi. Nunc verò seqvuntur, qui ad tertiam classem referuntur, & jus quidem reale vel ex legis provisione, vel ex hypothecæ constitutione, vel ex judiciali immissione, vel ex aresti impetratione & impositione, sed absque privilegio habent, de quibus speciatim agitur *in Ordinat. Judic. Elector. Saxon. tit. 44.* qui inscribitur, von denen Gläubigern welche allein ein dinglich Recht haben. Et *in Ordinat. Judic. Magdeburg. cap. 50. membr. 3.* Cujus verba ita habent.

III.

Von denen HYPOTHECARIEN, oder welche allein ein dinglich Recht haben.

DEr Hypothecarien Rechtes/ rühre her auß einem still-schweigenden/oder außdrücklichen/ingemein oder insonderheit verschriebeneu Pfande/oder auch gerichtlich und würcklich erfolgten Hülffe und Einweisung/ denen auff vorhergegangene Richterliche Verwahrung beschehene gütliche Abtrettung gleich zuachten oder aus verstatteten Arrest/bestehet/so wol des Capitals als der Zinsen halber/ fürnemlich und ohne Unterschied in præferenz der Zeit/ daß wer dem andern mit dergleichen Mitteln zuvor kommen/der hat sich auch des Vorzugs in dinglichen Rechten zuerfreuen/ wenn gleich der nachfolgende Pfandhaber von dem ersten den Besitz eines Guths zugleich ergriffen hätte/so hat er doch ein mehrers als die Pfand Gerechtigkeit nicht erlanget/und der ältere an der Zeit wird ihme vorgezogen/ wenn es kaum eine Minute vorher geschehen. Darbey gleichwol zu mercken wenn ihrer viel mit einander auff einem Tage dergleichen dingliches Recht erlanget/und man könte eigendlich nicht wissen/wer vor den andern die Erstigkeit hätte/ auff solchen Fall werden sie prò rata zugleich bezahlet. Hätte ihm auch einer neben allgemeiner Hypothec noch ein special Unterpfand verschreiben lassen/so soll er sich vor allen Dingen an dasselbe halten/ und wann solch Guth zu seiner Bezahlung nicht zureichet/also dann/und ehe nicht/soll er an dem gemeinen Unterpfande sich zu erholen befugt seyn. Weil dann nach Sachsen Recht/ alle solche Arten/ eine außdrückliche Hypothec auff unbeweglichen Gütern zu erlangen/ vermittels gerichtlichen/und wenn es Erblehen oder Erbzinß Güter betrifft/ zugleich mit des Lehnherren consens bestätiget werden müssen: So hilfft einem Gläubiger es weiter nicht/ als daß er allein den Chirographarien vorgezogen wird/wenn er schon eine Verpfändung von zwey oder drey Zeugen neben dem Schuldener hätte unterschreiben lassen/ es betreffe

dan

dann fahrende Haab/bewegliche Güter und aussenstehende Schulden/die ohne Solennitet beständig verpfändet/oder ohne ferner insinuation cedirt werden. Betreffe es aber einen consens über Lehengüter / so kan derselbe ohne sonderbahre Verwilligung des Lehnherrn einem andern nicht übergeben werden.

So gar/wann schon dergleichen privat- und extrajudicial Hypothecarius, das ausser Gericht verschriebene Unterpfand in sein Besitz und Gewehr überkommen / und etliche Jahr genossen hätte/so wird ihm doch der jenige/welcher obangezogener massen durch gerichtliche Mittel nach der Zeit ein dinglichs Recht erlangt/in concursu vorgezogen.

Wann ein Gläubiger / so eine ältere Verpfändung hat/ darein williget / daß sein Schuldman das verpfändete Gut einem andern versetzen möge/so wird ihm zwar derselbe/ so hoch sich seine Forderung erstreckt / vorgezogen/ in der Ubermaß aber bleibet dem ältern Hypothecario sein voriges Recht gegen die mitlere Creditores zu gebrauchen/ in allewege bevor: Eines Mitbelehnten Verwilligung aber auff ein Lehenguth / so ihm absonderlich verhypotheciret, ist dahin nicht/ob hätte er sich seiner habenden Priorität begeben/sondern allein auff die Mitbelehnschafft zuverstehen.

Damit man ferner auch wissen möge / wer die jenigen seyn / welchen zu Recht ein stillschweigend Pfand in des Schuldeners Gütern eigentlich zustehe; So ist es für nothwendig erachtet/dieselbe kürtzlich anhero zuverzeichnen/werden demnach von den Rechtsgelehrten nachfolgende Personen und Fälle erzehlet.

Als die Eheweiber/wegen ihre paraphernal Güter / alldieweil aber der Unterscheid zwischen denselben und den Ehegeldern oder Heyrathsguth / ausserhalb des termini à quo, hierbey auffgehoben und abgethan/so bleibet es bey derselben Verordnung.

Sie haben sich aber auff begebende Fälle / solcher stillschweigenden Verpfändung in der Ehemänner Güter / zu Erhebung der Alimenten und nothwendigen Unterhalt / nützlich zu gebrauchen.

Solch Recht haben auch die Kinder in ihres Vatern / die Mündlein in ihrer Vormünder Haab und Güter / von Zeit an auffgetragener Vormundschafft.

Wann aber in diesen beyden Fällen der Kinder / oder Unmündigen Güter annoch unversehret vorhanden / so haben sie die prærogativ, darvon in der ersten Classe Versehung gethan ist; Die Kirchen / Schulen / Stipendiaten und Hospitalien, Städte und Gemeinen / haben auff ihrer Vorsteher und Administratorn Güter ebenmäßig ein stillschweigend Unterpfand / solch privilegium aber erstrecket sich auff der Städte und Gemeinden außgeliehene Gelder / und andere geschlossene Contäcte in der Schuldener Güter vorberührter massen. Die Kirchen / Schulen / und Armen aber / geniessen dieser præferentz ohne Unterscheid in allen und ieden ihnen zum besten geschlossen Contrácten billich.

Was ein Pachter oder Miethman an fahrender Haab in das gepachtete Gut / Hauß / Hoff / Gemach / Keller oder Gewölb einbracht / darauff hat der jenige / welcher es ihme vermiethet / für das Pachtgeld und zugezogenen Schulden ebenmäßig ein dinglich Recht / wenn er ihme schon anderwerts durch außdrückliche Vorpfändung mehr Versicherung thun lassen.

Also hat auch der jenige / deme in einem letzten Willen etwas vermacht wird / die gantze Verlassenschafft so lang zum stillschweigenden Unterpfand / biß er seines Legati befriediget wird.

Jedoch mit der Bescheidenheit / daß / wann mehr als ein Erbe vorhanden / er sich bey einem ieden pro rata erhole / auch

sich

sich dieses Rechtens ehe nicht gebrauche / biß zuförderst alle auff der Erbschafft hafftende Schulden bezahlet seyn.

Ob nun wol die Fiscalische Schulden und fremdes Gut dergleichen dingliches Recht auch haben / weil sie aber hierüber / wie in der ersten Claß Versehung gemacht / noch weiter privilegiret, so hat es auch gestalten Sachen nach darbey sein Verbleiben.

Unter solches Privilegium gehören auch die Zehenden / Erbzinsen / Legata, aliment Gelder / und dergleichen pensiones, welche von gewissen Gütern Jährlich pflegen entrichtet zu werden / item, wenn eine Mutter ihrer unmündigen Kinder Vormund gewesen / und were vor abgelegter Rechnung und ehe sie ihre Kinder mit andern Vormunden versehen / zur andern Ehe geschritten / so hafften ihres neuen Ehemannes Güter so wol / als ihre eigene den Kindern zum stillschweigenden Unterpfand / biß sie ihre vollständige Zahlung erlanget haben / wie dann auch der Mutter eigene Güter den Kindern erster Ehe tacitè hypotheciret seyn / biß sie das jenige / was sie von ihres Ehemannes Gütern über ihre Gerechtigkeit empfangen / wieder abstattet. Wann über eine alte Schuldforderung / so durch ein hypothec versichert gewesen / neue Vergleichung auffgerichtet / und der Schuldener würde abermahls außfällig / so stehet den Gläubiger frey / in Krafft stillschweigender Vorpfändung sich an seines vorhin verschriebenes Unterpfand zu halten.

Wann Jemand mit seinem Schuldener dieses betheydiget / daß er im Fall der Nichthaltung seine Güter eigenes Gewalts einnehmen / und sich darvon bezahlt machen möge / so wird ihme durch solch pactum tacita hypotheca eingeräumet. Wann einem Bürgen durch Urtheil oder Abschied sich an des Schuldeners Güter zuhalten bedinget und vorbehalten wird / gilt es so viel / als were ihm ein stillschweigend

Unterpfand eingeräumet/es ist aber alles/so bißher erzehlet/ allein von dem Erb-und nicht von den Lehngütern / welche der stillschweigende Verpfändung nicht unterworffen / zu verstehen.

Doferne aber andere Lehnschulden nicht vorhanden/ so sollen die Gläubiger in obvermerckter Ordnung von den Nutzungen des Lehns/und im Fall das Lehn selbst verkauffe werden müste/von den Kauffgeldern ebener massen bezahlet werden/wie dann auch ohne das des Schuldeners Eheweib/ wenn sie der Gebühr nach nicht verleibdinget/ noch aus dem Erbe vergnüget werden könte / und gleichwol ihre Mitgifft würcklich in das Lehnguth eingebracht hätte / aus dem Lehn befriediget/und immittels bey dem jure retentionis geschützet werden soll.

Dergleichen Recht auch den Töchtern / wegen ihrer Außstattung und alimenten, nach Absterben ihrer Eltern/ woferne sie aus dem Erbe die Erstattung und alimenta nicht haben können / dem Landes Gebrauch nach / und auff billige Ermeßigung zustehet.

Damit auch Unmündigen/Kirchen/Schulen/und Hospitalien, in Mangel der ältern Verpfändung ihrer Vorsteher Erb-güter nicht gefähret / noch um das ihre gebracht werden/so soll ihnen von Zeit der Bestätigung / so wol auff der Vormünder und Administratorn Lehn/als Erbe/ Krafft dieser Ordnung/solch Recht zustehen; Jedoch vorbehaltlich der Mitbelehnten daran habenden Gerechtigkeit.

2. In *d. verò Ordinat. Elector.* titulo 44. quatuor, uti diximus recensentur modi, quibus creditores jus reale nanciscuntur in bonis debitorum; 1. per provisionem legis, uti sunt ii, quibus hypotheca legalis competit, quæ tacita vocatur, quia
3. non desiderat expressam conventionem, vel constitutionem alicujus hypothecæ, sed immediatè legis beneficio tribuitur. 2.

jus

jus reale quis consequitur per expressam hypothecæ vel generalis vel specialis constitutionem. 3. per judicialem immissionem, qua creditor pignus judiciale acquirit. 4. per aresti impositionem. De hisce modis *in d. tit. 44.* ita cautum est: Das dingliche Recht/welches die Gläubiger haben/wird fürnemlich uff viererley Weise erlanget/dann etzlichen geben die Rechte eine *tacitam hypothecam*, oder stillschweigende Vorpfändung/ wann gleich hievon nichts abgeredet oder bedinget ist/ von welchen zum Theil in vorgehenden geredet worden. Zum andern/lassen sich etliche mit Pfanden entweder in gemein auff alle Güter/oder insonderheit uf ein sonderlich stück versichern und erlangen hiedurch eine außdrückliche *hypothecam*. Zum dritten/überkömt einer auch ein dinglich Recht/ wann er ihm zu einem stück Guts gerichtlichen verhelffē lässet/welches die Rechte ein *pignus judiciale* neñen. Endlichē/wird auch vermöge vielgedachter *constitution*, durch Arest ein *jus reale* erlanget.

4. 5. 6.

Inter hosce autem creditores, qui jus tantùm reale ex hypotheca tacita & expressa, aresto, & immissione judiciali, in bonis debitoris habent, nullus alius ordo quam temporis attenditur. *l. qui generaliter. 2. l. creditor. 3. l. potior. 11. in princ. ff. qui potior. in pign. vel hypoth. l. si fundum 4. licet. 7. & l. diversis. 8. C. eod. Dyn. d. c. qui prior. 54. n. 5. de R. J. in 6. Mynsing. respons. dec. 1. respons. 9. n. 15. & centur. 1. observat. 59. in princ. Köppen. decision. quæst. 28. n. 6. Berlich. p. 1. conclus. 66. n. 2. ubi plures allegat Dd.* Et hanc assertionem in omnibus supra dictis pignorum speciebus procedere probat & confirmat *Gabriel Mudæus in tract. de pignorib. & hypothec. c. quib. mod. pign. & hypoth. solvat. n. 84.* Quicunque igitur prior est tempore, ille etiam potior est jure, & reliquis præferendus. *Ordinat. Judic. Elector. Saxon. d. tit. 44.* §. Alle diese Gläubiger/ubi dicitur: Alle diese Gläubiger nun/welche also wie bemeldt/ein dinglich Recht *absq; privilegio* haben/ sollen der Zeit und Ordnung nach wie sich solch ihr Recht angefangen/ vor den andern bezahlt/ und hiebey des Vorzugs hal-

7. 8.

halben kein Unterschied gehalten werden / ob einer solch *jus pignoris*, aus Verordnung der Recht / stillschweigende / oder durch einen *contract* ausdrücklich / oder durch Hülffe / oder durch Arest erlanget habe/sondern wie einer vor dem andern dasselbe überkommen/also werden sie auch nach einander bezahlt.

9. Omnes enim prædicti creditores æquale jus, sc. pignoris, habent. Nec, uti supra diximus, refert, an sit pignus legale, vel tacitum: an conventionale & à Magistratu confirmatum, vel publicum: an judiciale, vel prætorium, quod per arestum & immissionem judicialem quis consequitur. *Gail. 2. observ. 25. num. 3.* Idem jus statuitur in pignore, quod vel generale, vel speciale est. *l. 2. ff. qui potior. in pign. hab. l. si generaliter. 6. & l. diversis 8. C. eod. Gail. d. observ. 25. n. 4.* ubi ait, generalem hypothecam anteriorem præferendam esse speciali posteriori, per *text. in l. si generaliter. C. d. t.* Hinc sequitur, quod præfati creditores hypothecarii simul concurrere, & æqualiter dividere debeant, nisi eorum quis tempore prior sit. *d. Constit. Elect. August. 28.* §. nach ietzberührten/ubi ita cautum est: Nach ietztberührten Schulden folgen alle die / so auff des Schuldeners Gütern außdrückliche/oder vermöge der recht stillschweigende Pfand haben/unter welchen die Eltisten / von Zeit der erlangten Pfändung anzurechnen/ie einer dem andern vorgezogen werden etc. Idem sancitum est *in Ordinat. Judic. Magdeb. cap. 50 membr. 3.* hisce formalibus: Der Hypothecarien Recht/es rühre her auß einem stillschweigenden / oder außdrücklichen / in gemein oder insonderheit verschriebenen Pfande/oder auch gerichtlich und würcklich erfolgten Hülffe und Einweisung/denen auff vorhergegangene Richterliche Verwarnung beschehene gütliche Abtrettung gleich zu achten/oder auß verstatteten Arest/bestehet/so wol des Capitals als der Zinsen halber/fürnemlich und ohne Unterscheid

10.

11.

12.

in

in præferentz der Zeit / daß wer dem andern mit dergleichen Mitteln zuvorkommen / der hat sich auch des Vorzugs in dinglichen Rechten zuerfreuen. Et postea: Dabey gleichwol zu mercken/wenn ihrer viel mit einander auff einen Tag dergleichen dingliches Recht erlanget / und man könte eigentlich nicht wissen/wer vor den andern die Erstigkeit hätte/auff solchem Fall werden sie pro rata zugleich gezahlet. *Wesenbec.in Parat.ff.de privileg.creditor.n.6.* Et hæc temporis 13 prærogativa ita est attendenda, ut si quis saltem in unius horæ spatio vel etiam horæ puncto & momento prior sit; reliquis præferatur. *Ordinat.Judic.Magdeburg.cap.50.membr.3.in princ.* ibi: Und der älter an der Zeit wird ihme vorgezogen/ wenn es kaum eine Minute vorher geschehen. *Dan.Moller. ad d.constit.Elector.28.n.64.Berlich.p.1.conclus.66.n.3.Gail.d. observat.25.n.3.* Et ita *ad requisitionem Illustriss.Ducis Megapolitani, Adolphi Friderici &c. in Scabinatu nostro mense Decembr. Anno 1639.* respondimus: Es werden die gemelte Gläubiger in dieser vorgesetzten Ordnung außgezahlt / weil dieselbe also nach ein ander/besage ihrer obligationen und andern zu den acten gebrachten Nachrichtungen / zum Theil ihr Hülffsrecht/ oder auch nach Gelegenheit ihre stillschweigende und außdrückliche Unterpfande/von einer Zeit zur andern erlangt.

Notandum verò, quod si debitoris bona non sufficiant, 14. iis saltem, qui priores sunt tempore, solutio sit præstanda: posteriores verò, quibus non potest satisfieri, excludantur, veluti *in Scabinatu nostro mense Mart. Anno 1638 ad quæstionem* des Verwalters zu Löbichau responsum fuit: Wann obgesetze Gläubiger allerdings vergnüget / so werden darauff erst Martin Jung / Hanß und Andreas Wunderlichs Erben/ ihrer *liquidirten* Posten halben /als *hypothecarii*, der Zeit und Ordnung nach/wie sie ihre Unterpfand erlanget / bezahlet/ und der also unter ihnen beyden nachgehet / muß ihm an sei-

seiner Forderung / weil die Zugabe nicht gar zureichen wil/ Kürtzung thun lassen.

15. Prædictæ verò assertioni, quod inter plures hypothecarios temporis ordo & prioritas sit attendenda, obstare videtur, 1. quod privilegia non ex tempore, sed ex causa sint æstimanda, *l.privilegia.32.ff.de reb.auctor.jud.possid.* 2. si plures sint immissi in possessionem bonorum, omnes æqualiter concurrant. *l.cum unus.12.ff. d.t. & l.si finita. 15. §. si plures. 5. ff. de damn. infect.* Idem 3. observatur, si res eadem duobus sit vendita, quo casu non præfertur, cui ea primò fuit vendita, sed cui tradita. *l.quoties.15. C.de R.V.* Sed ad hasce rationes breviter respon-

16. demus: *Primam* procedere & exaudiendam esse de privilegiis personalibus, secus esse in realibus, ubi ipsa res tantùm, ejusque obligatio, atque ita magis tempus quàm causa petendi spectatur. Ad *secundam* respondet *Zas.ad d.l.cum unus. 12.n.1.* in immissione ex primo decreto non respici personas creditorum, quis scilicet primò immissionem impetrarit, sed ipsam rem, in quam facta est immissio: propterea etiam eam aliis prodesse. *Tertiam* rationem quod concernit, concedimus, inter plures emptores illum præferri, cui res tradita est, quia potentiori jure nititur. In nostro verò casu prior hypotheca potior est, & ita non immeritò posteriori præferenda. *Petr. Peck. ad c.qui prior.54.de R. J.in 6.*

17. Et hæc nostra assertio, quod scilicet inter prædictos creditores prioritas temporis attendi debeat, extenditur, ut hypotheca anterior cum conditione etiam constituta præferatur posteriori purè contractæ, per *l. potior.11.§.videamus.ff. qui potior.in pign.* ubi si debitor creditori domum suam sub conditione oppignoraverit, & pendente conditone eandem hypothecam alii purè constituerit, conditione existente & impleta primus creditor potior dicitur, eique præfertur, cui postea res purè fuit oppignorata, quia conditio postea purificata retro trahi-

tur

tur ad tempus prioris contractus. *Carpzov. libr. 2. Jurisprud. consistor. tit. 4. definit. 70. n. 4.* Deinde præfata assertio etiam vera est, ut prior hypothecarius præferatur posteriori, licet hic bona hypothecata possideat. *l. potior. 11. in princ. l. creditor. 12. §. ult. ff. qui potior. in pign. Neguzant. de pignor. in 2. membr. 5. p. n. 5. & 6.* Primus n. hypothecarius non potest molestari à secundo vel posteriore, neque suo jure privari. *d. l. creditor. 12. in princ. Hartmann. Pistor. lib. 3. quæst. 12. n. 9. in fin.* Et hæc assertio procedit, quando ipse posteriori creditor pignus obtinet. Cum enim uterque eodem jure pignoris gaudeat, & prior tempore potior sit jure: hinc jus prioris absorbet jus posterioris. Et ita posterior ex sola possessione sese contra priorem non potest tueri, nec occupando vel arripiendo possessionem hypothecæ jus prioris creditoris auferre vel diminuere. *Hartmann. Pistor. d. quæst. 12. num. 12.* Præterea res quoque alteri oppignorata non nisi cum sua causa suoque onere ad posteriorem transit creditorem. *l. alienatio. 67. ibiq. Gothofred. in not. ff. de contrahend. emption.* Ergò posterior creditor non potest jure pignoris uti, nisi priori sit satisfactum, *argt. l. id. quod nostrum. 11. ff. de R. J. ff. Ordinat. Judic. Magdeburg. d. cap. 50. membr. 3. in pr.* ubi dicitur: **Wer dem andern mit dergleichen Mitteln zuvorkommen/der hat sich auch des Vorzugs in dinglichen Rechten zuerfreuen / wenn gleich der nachfolgende Pfand Inhaber von dem ersten den Besitz eines Guts zugleich ergriffen hätte / so hat er doch ein mehrers als die Pfand Gerechtigkeit nicht erlanget / und der ältere an der Zeit wird Ihme vorgezogen / wann es kaum eine Minute vorher geschehen.** Secus verò est, quando tertius nomine proprio pignus possidet, quo casu creditor, non nisi excusso principali debitore, tertium, qui pignus possidet, convenire potest. *l. 10. C. de pignoribus Novell. 4. §. enim verò. vers. certè contra*

18.

19.

20.

21.

22.

principalem. Bald. consil. 278. lib. 2. Domin. Cardin. Tusch. practic. conclus. juris tom. 4. conclus. 129. n. 64. ubi ait, priorem creditorem hypothecarium non præferri possidenti, nisi fecerit excussionem bonorum contra principalem debitorem. Et *tom. 3. conclus. 403. num. 28.* tradit, hoc procedere tàm in hypotheca legali, quàm conventionali.

24 Quotiescunque igitur ex bonis debitoris potest creditori satisfieri, contra tertium possessorem prædictus creditor agendi facultatem non habet. *auth. sed. hodie C. de O. & A. & auth. hoc ita. C. de pignorib. Hartmann. Pistor. d. n. 12. in princ. Berlich. d. conclus. 66. n. 6. & 7.*

Et hæc distinctio confirmatur *in Ordinat. Judic. Elector. Saxon. d. t. 44. § penult.* hisce formalibus: Das hat auch statt/ wann gleich der/ so hernacher erst ein dinglich Recht erlanget/ die possess des Guths/ welches zuvor einem andern vorpfändet gewesen/ überkommen hätte. Dann ob wol sonsten in Rechten vorsehen/ wann einer ein Guth/ so iemand anders zuvorn verpfändet gewesen/ erkaufft/ und in gewehr bekömmet/ daß der Glaubiger Jhn/ seiner erlangten Pfandgerechtigkeit halben/ nicht ehe belangen könne/ es seye dann/ daß er den Selbstschuldiger gnugsam *excutirt*, und sich an denselben nicht zuerholen habe/ so erstreckt sich doch solche *dispositio* nicht auff den Fall/ wann der folgende Glaubiger Pfandweise etwas in sein gewehr bekömmet/ sondern ist nichts minders/ ohne vorgehende *excussion* des *Principalen*, dem Glaubiger/ dem es zuvorn vorpfändet gewesen/ den Vorzug daran zu erstatten schuldig.

Et hæc assertio extenditur, ut etiam ordinarium judicium hypothecariæ prosecutionis recta via adversus tertium possessorem pignorum non competat, quamdiu & quatenus principalis est solvendo, adeò ut semper objici possit creditori exceptio excussionis principalis debitoris. *Aut. hoc si debitor. C. de*

de pignorib. Auth sed hoc C. de A. & O. Matth. Cöler. de Processib. execut. p. 2. c. 3. n. 458. Et ita inhibetur hypothecaria, donec personaliter actum sit cum debitore ejusque fide jussoribus, veluti in Collegio nostro M. Novembr. 1611. ad requisitionem Hansen Vogels und Consorten zu Kahla responsum fuit: Weil euer Gegentheil nur tertius und extraneus pignoris possessor: Als seyd ihr noch zur Zeit / und ehe der principal Schuldener und Fichtlers Erbe dißfals zuvor belanget und excutiret worden / bey Jhme das verwilligte Pachtgeld und andere erweißlich eingenommene Gelder / benebenst dem uff geloffenen Interesse zufordern nicht befugt / sondern wird Beklagter gestalten Sachen nach von angestalter hypothecaria und real action billich entbunden V. R. W.

26.

Multò minus summarium judicium locum habet, nec executio instrumenti guarentigiati contra tertium possessorem & singularem successorem peti potest. *Cöler. d. l. n. 454. & seqq.* Et ita *Facultas Juridica Lipsiensis Rudolpho* Jehringen / Gräffl. Ostfrießländisch. Ober-Rentmeistern zu Aurich respondit: Hat euer Bruder Sebastian Jehring am 27. *Martii Anno 1630.* von Georgen von Brandenstein das Guth Woltewitz erkaufft / bezahlet / und auch in Lehn bekommen / nach seinem Todt aber solches auff euch verfället / welches ihr gleichfalls in Lehn bekommen / und etzliche Jahr lang geruhig besessen / anietzo aber werdet ihr von Fr. Sabinen Felicis Albani von Brandenstein Eheweib wegen 10000. Gülden so zu Bezahlung selbigen Guths Woltewitz ihre Mutter vorigen Käuffer vorgestrecket / und mit Churfürstl. consens darauff versichert worden / actione hypothecaria in Anspruch genommen. Ob nun wol Klägern hierzu eine Commission außgewircket / und so bald executivè geklaget / auch auff recognition Brieff und Siegels getrungen: Dennoch aber und dieweil ihr der dritte Besitzer des Guths Woltewitz seyd / und dahero

executivè wider euch nicht geklagt werden mag: So seyd ihr auch zur recognition nicht anzuhalten / und wird Klägerin mit ihrer execution Klag ab: und zum ordentlichen process billich verwiesen / Von R. W. Eodem modo *Scabini Lipsienses in hac causa* pronunciarunt: Hat euer Bruder Sebastian Gehring Hans Georgen von Brandenstein das Gut Weltewitz am 27. *Martii Anno* 16,0. abgekaufft/und baar bezahlet/auch darauff von Churfürstl. Durchl. zu Sachsen/ unsern gnädigsten Herrn/beliehen worden. Nach deme er nun also in vacuam & quietam possessionem gesetzet / selbige bey seinem Leben continuiret, und endlich nach seinem tödtlichen Abgang auff euch bracht/inmassen ihr die Lehn gleichfals unterthänigst gebührend erlanget / hat sich doch unlängst Moritz von Milckau curatorio nomine Fr. Sabinen Felicis Albani von Brandenstein zu Rahnis Eheweibs unterstanden/ euch per viam commissionis summarischer Weise zubelangen/und auff die recognition des von Brandensteins Brieff und Siegel zu dringen / und wiewol ihr euer Nothdurfft in nechstangesetzten termino eingeschickt / ist doch zur recognition anderweit citation seithero an euch ergangen. Wann nun gleich eures Bruders Verkäuffer / Hans Georg von Brandenstein/eine obligation über 10000. Gülden von sich gestellet / und deswegen eine hypothec mit Churfl. Durchl. gnädigsten consens auff das Guth Woltewitz gebührend constituiret were/dieweil aber dennoch ihr oder euer Bruder in solchen instrumento nicht beniemet seyd / und hypothecaria actio ad ordinarium judicium gehöret / über dieses Niemand von seinem ordentlichen Richter ab- und in eine commission wider seinen Willen mag gezogen werden / so mag auch vor den Commissarien wider euch executivè nicht geklaget / noch ihr zur recognition angehalten werden / sondern ihr werdet von solcher instantz billich absolviret, und dem-

demnach dahin erkandt/daß ihr euch auff die erhobene Klage einzulassen nicht schuldig / von R. W. Ita quoque *in hac causa mens. Febr. Anno 1651. in nostro Collegio* respondimus. Deinde extenditur nostra assertio, ut non repetatur solutum, si ex bonis debitoris reliquis satisfieri queat? Nec inquietari debet tertius possessor, quando ex reliquis debitoris bonis Creditori prospici potest, sed semper excussio debitoris præcedat, necesse est *l. si non impedierit. 6. §. ult. vers. sed si nihil sit in bonis. ff. de bon. aut. jud. possid. Johann Köppen decis. 62. n. 14. & seq.*

27 Prædicta tamen assertio, quod creditor prius adversus principalem debitorem agere debeat, priusquam hypothecaria actio ei competat adversus tertium, fallit, 1. si debitor notoriè non est solvendo. 2. Si tertius possessor se pro debitore constituit, *Tusch. d. conclus. 403. num. 34. 36. & 66. Neguz. de pignorib. in 8. part. 1. membr. num. 17. vers. quartò fallit.* Et hoc probat *Socin. consil. 82. super quæstionibus libr. 3.* si constet de possessione constituentis tempore constituti, & agatur ex constituto non v. hypothecaria. Et hoc casu excussionem non requiri, tradunt *Angel. in l. fin. col. 1. C. de adquir. possess. Bald. in c. cum venissent, in fin. de restit. spoliat. Dec. consil. 56. Rom. cons. 189. n. 9. & cons. 392. n. 11.* 28.

Et ita *in Collegio nostro mense Mart. Anno 1628. Senatui Mindensi* responsum fuit: Auff eingebrachte hypothecariam actionem, dawider vorgeschützte exceptiones, und weiter rechtliches Verfahren / von *num. 1.* biß *11. inclusivè*, in Sachen Herrn Johann Beckers / Gräfflicher Schanenburgischen Raths / Klägers / an einem: Und Arnold Frederking / Beklagten / anders Theils / erkennen und sprechen wir Bürgermeister und Rath der Stadt Minden / nachgehabten Rath der Rechtsgelahrten / vor Recht: Erscheinet aus den Acten allenthalben so viel / daß Kläger noch zur Zeit von erhobener hypothecaria abzuweisen / und

und zuvor die Eckensteinische Erben zubelangen / er wolte denn einen gnugsamen Schein/daß dieselbe nicht solvendo, oder daß Beklagter solche Schuld auff sich genommen / einbringen/darauff ergienge ferner/was recht ist/von R. W.

29. 3. Prædicta assertio limitatur, si tertius possessor scivit, rem alteri antea esse hypothecatam. Hoc enim casu creditor adversus eum statim agere potest, principali debitore nondum excusso. *Anton. Faber. in Codic. libr. 8. tit. 6. defin 33. Vincent. Caroc. de excuss. bon. part. 2. quæst. 25. num. ult. & quæst. 77. num. 1. Roland. à Valle consil. 9. n. 23. & seq. vol. 1. Carpz. p. 2. const. 18. defin. 19.*

Atque ita *in Collegio nostro mense Majo, Anno 1642. ad requisitionem Caspari* Seeligers *J. U. Studiosi* zu Leipzig pronunciavimus: Wiewol etzlicher bewährten Rechtslehrer Meinung dahin gehet / daß auch auff den Fall / do auff einen gewissen Stück Guths eine specialis hypotheca constituirt worden/die exceptio excutiendi prius debitoris statt finde: Dieweil aber in gegenwertigen Fall nicht so sehr darauff / als vielmehr dahin zusehen/daß dem Churfl. Geheimbten Rath Sejo der Inhalt des oberwehnten rescripti, und die auff der Obermühle hafftende hypothec nicht wol verborgen und unwissend seyn können / und dennoch dessen ungeacht dieselbe käufflichen an sich erhandelt: So haben auch dahero nunmehr seine Erben mit der fürgeschützten exceptione excussionis sich nicht zubehelffen.

30. Supra verò diximus, illos creditores, qui jus reale ex hypothecis, arestis vel immissionibus judicialibus sunt consecuti, æqualia jura habere, ita tamen ut priores tempore reliquis

31. præferantur. Si autem plures uno eodemque momento in bonis præfatum jus reale nacti sint, vel de prioritate temporis non

32. constet, tunc præfertur ille, qui pignus possidet. *l. si debitor. 10. ff. de pignorib. ibiq. Gothofred. in not.* ubi inquit, quod possidens plus juris habeat eo, qui non possidet, & quod agenti hype-

the.

thecaria contra tertium possessorem incumbat onus probandi, suam hypothecam priorem esse, *Neguz. d. tr. p. 5. membr. 2. n. 31.* 33

Sed ex speciali sanctione, & vigore *Ordin. Judic. Elect. Sax. d. tit. 44. §. ult.* in Electoratu Saxon. præfati creditores pro rata admittuntur. Ita enim verba *hujus §. ult.* sonant: **Do auch ihrer zweene/oder mehr auff einen Tage ein dinglich Recht überkommen hätten/und nicht erwiesen werden könte/ welches vor oder hernach geschehen/auff den Fall sollen dieselben Gläubiger zugleich**/ pro quantitate **iedes Schulden bezahlt werden.**

Eadem ferè verba reperiuntur *in d. constit. Elect. Sax. 28. §.* **nach ietzberührten** *vers.* **und da zwo Verpfändung.** Et *in d. Ordinat. Judic. Magdeburg. d. cap. 50. membr. 3. in princ.* De hisce autem creditoribus, *in seqq. quatuor Sectionibus*, speciatim, Deo volente, acturi sumus.

CAPUT. IV.

SECTIO I.

De Creditoribus, hypothecam legalem vel tacitam habentibus.

SUMMARIA.

1. *Pignus & hypotheca quoad effectum non differunt.*
2. *Utriusq; persecutio in rem parit actionem creditori.*
3. *Plures dantur pignoris vel hypothecæ species.*
4. *Hypotheca quænam legalis & tacita vocetur.*
5. *Quænam expressa & conventionalis appelletur?*
6. *Quidnam in jure dicatur expressum.*
7. *Evidens etiam nominari potest, quod ex conjecturis colligitur.*
8. *An hypotheca legalis etiam expressa vocari possit?*
9. *Cur hypotheca legalis vocetur tacita?*
10. *Matth. Coleri opinio, quod creditores expressam hypothecam habentes de jure civili præferantur tacitam habentibus, recensetur.*
11. *15. & 16. Contraria sententia probatur, quod inter hypothecarios quoscunq; temporis prioritas attendatur.*

12. *Creditor itaque expressam hypothecam anteriorem habens præfertur omnibus aliis hypothecariis posterioribus.*
13. *Eodem modo tacitam anteriorem habens præfertur quibuscunque posterioribus.*
14. *& 17. Tacitæ & expressæ hypothecæ idem tribuitur jus & effectus.*
18. *Taciti & expressi idem est judicium, eademque virtus.*
19. 20. *& 21. Tacita hypotheca vera est, idemq; jus reale tribuit, sicut expressa.*
22. *Lex fingendo in actu, descendente à potestate juris, non ficte sed verè facit,*
23. *Hypotheca tacita anterior præfertur expressæ posteriori, tàm generali, quàm speciali.*
24. *Hypotheca tacita nemini competit, nisi iis in casibus, de quibus expressa est juris dispositio.*
25. *Tacita hypotheca partim favore personæ, partim favore causæ à lege introducta est.*
26. *Casus referuntur, quibus tacita hypotheca legis provisione locum habet.*
27. *De jure Saxonico tacita hypotheca competit 1, mulieri ratione bonorum paraphernalium, quæ ultra dotem marito attulit.*
28. *Quo tempore hæc tacita hypotheca incipiat.*
29. *Mulier post obitum mariti ratione illatorum in rem agere, & executionem petere potest, in quænam mariti bona immitti velit.*
30. *Pluribus bonis oppignoratis liberum est creditori, ex quibus velit sibi satisfieri.*
31. *Præcepta executorialia quomodo concipiantur.*
32. *Debitor se ab executione liberare nequit, si unam vel aliam rem debitori velit cedere.*
33. *Ordo executionis à Magistratu præscriptus non debet violari.*
34. *Mulieri respectu dotis illatæ à die consummati matrimonii privilegium prælationis, quoad bona tamen paraphernalia à die illationis tacita hypotheca competit.*
35. *Maritus in bonis soceri respectu dotis promissæ hypothecam non habet.*
36. *Tacita hypotheca tribuitur 2. liberis in bonis paternis ratione bonorum, quæ pater in sua habuit administratione.*
37. *Parens habet usumfructum in bonis liberorum adventitiis, de quibus etiam rationem reddere non tenetur.*
38. *Proprietas verò in modò dictis bonis spectat ad liberos.*
39. *De jure Saxonico cessat usus fructus, si liberi se separent à patre.*
40. *Separatione autem facta pater cogitur restituere liberis omnia bona materna.*

41. Li-

41. Liberis ratione bonorum maternorum & adventitiorum tacita competit hypotheca.
42. Hæc etiam tribuitur illis ratione donorum à susceptoribus oblatorum.
43. Eadem locum habet in donis strenæ loco datis.
44. Liberis quoque ratione legitimæ maternæ jus tacitæ hypothecæ competit.
45. Tacita etiam hypotheca locum tantùm habet in bonis parentis hæreditariis vel allodialibus.
46. Hisce existentibus, tacita hypotheca in feudis non nisi quoad fructus & commoditates competit.
47. Creditores tamen expressam in feudo hypothecam habentes præferuntur.
48. Feudo vendito quo ordine locentur creditores.
49. Tacita hypotheca ratione bonorum paternorum competit etiam liberis in bonis matris & aviæ, si tutrices fuerint.
50. In utroque etiam casu incipit tacita hypotheca à die inchoatæ administrationis.
51. Tacita hypotheca competit 3. pupillis in bonis tutorum.
52. Hæc autem incipit illo die, quo quis tutor fuit constitutus.
53. Hæc assertio locum habet 1. in bonis aviæ & matris, si tutrices fuerint.
54. Hæc procedit 2. in bonis pro tutoris, & ejus, qui se pro tutore gessit.
55. Eadem tribuitur 3. in bonis ejus, qui prodigo, furioso, muto, surdo, absenti, curator fuit constitutus.
56. Hæc competit 4. pupillo in omnibus tutoris bonis tàm præsentibus, quàm futuris.
57. Eadem locum habet non tantùm in bonis alliodialibus, sed etiam feudalibus, si tutor à Domino feudi fuit constitutus & ex bonis hæreditariis pupillo non potest satisfieri.
58. Tacita hypotheca competit 5. pupillo in pecunia tutoris, quæ appellatione bonorum venit.
59. Quamvis pecunia post consumtionem ex causa onerosa factam expiret, in subsidium tamen de ea is tenetur, ad quem ex causa lucrativa pervenit.
60. Quænam actiones hoc casu dentur.
61. Tacita hypotheca bona tutoris ita afficit, ut non nisi hoc cum onere ad ejus hæredes transeant.
62. Hæc etiam competit 7. contra tutorem tàm pro malè administratis, quam neglectis.
63. Eadem datur 8. in rebus pecunia pupillorum comparatis.
64. Plures ampliationes referuntur.

65. *Tacita hypotheca non habet locum 1. in pecunia pupillari à tutore alteri mutuò data.*
66. *Nec 2. uxori ea datur in bonis curatoris ad litem constituti.*
67. *Curator litis nullam habet bonorum administrationem.*
68. *Neque maritus, neque curator litis sine consensu mulieris bona ejus obligare vel alienare possunt.*
69. *Tacita hypotheca non datur 3. ventri, nisi partus sit editus.*
70. *Hæc non tribuitur 4. pupillo in bonis, quæ hæredi tutoris ex ejus facultatibus non obvenerunt.*
71. *Ratio hujus limitationis adjicitur.*
72. *Sub generali & expressa bonorum obligatione propria hæredum bona non veniunt.*
73. *Quatenus tutores & curatores, & eorum fidejussores nec non hæredes & res eorum obligentur.*
74. *Tacita hypotheca quomodo pupillo competat contra plures tutores?*
75. *Tacita hypotheca non datur 6. tutori in bonis pupilli, pro eo, quod sibi contrario tutelæ judicio debetur.*
76. *Nec 7. matri in bonis filii pro pecunia, quam ei credidit.*
77. *Tacita hypotheca non competit 8. pupilli hæredibus, & quare.*
78. *Ubi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea deficit quoque beneficium.*
79. *Contraria tamen Carpzovii opinio refertur & impugnatur.*
80. *Ubi persona est causa privilegii, ibi privilegium est personale & cum persona extinguitur.*
81. *Jus hypothecæ, quod pupillo in bonis tutoris sui competit, non reale sed personale est.*
82. *Quanam hypotheca ad hæredes transeat vel non.*
83. & 85. *Actio tutelæ transit ad hæredes pupilli, non autem jus hypothecæ.*
84. & 88. & 93. *Privilegium tacitæ hypothecæ pro dote cur transeat ad hæredes.*
86. *Privilegium personæ cohærens, ea extincta cessat.*
87. *Actio tutelæ absque jure tacitæ hypothecæ subsistit.*
89. *Tacita hypotheca non competit, nisi iis, quibus in jure expreßè est concessa.*
90. 91 92. *Quomodo mulier & pupillus, eorumque hæredes æquiparentur ratione tacitæ hypothecæ.*
94. *Tacita hypotheca non habet locum nisi in casibus à jure expressis.*

95 An-

95. *An jus tacitæ hypothecæ de jure Pandectarum competat pupillis.*
96. *Tacita hypotheca, quæ pupillo in bonis tutoris sui competit, non potest cedi extraneo.*
97. *Quod ad hæredes non potest transmitti, alteri etiam cedi non potest.*
98. *Tacita hypotheca tribuitur 4. Civitatibus, Universitatibus, communitatibus, Ecclesiis, & Hospitalibus in bonis Administratorum.*
99. *Hi autem Administratores æquiparantur tutoribus & curatoribus.*
100. *Civitates, Ecclesiæ, atque Hospitalia comparantur pupillis & minoribus.*
101. *Plures Administratores quomodo teneantur, & conveniri possint.*
102. *Tutor sumptus litis, quos in rem pupilli fecit, quando repetere possit?*
103. *Quibus casibus præfati Administratores eosdem sumptus exigere queant.*
104. *Tutores pecuniam pupillarem licito fœnori exponere, vel ipsi usuras præstare tenentur.*
105. *Idem competit præfatis Administratoribus.*
106. *Ad tutores periculum nominum pertinet, si illorum culpa sint facta deteriora.*
107. *Idem dicendum de dictis Administratoribus.*
108. *Tutores rationem tutelæ reddere tenentur in loco administrationis.*
109. *Idem incumbit Administratoribus.*
110. *Error calculi potest etiam post approbatas rationes usque ad 30. annos opponi.*
111. *Hæc assertio restringitur, si super errore transactum, vel de rationibus redditis judicatum, vel juramentum fuerit præstitum.*
112. *Civitatibus, Ecclesiis, atque Hospitalibus de jure communi & Saxonico non competit jus tacitæ hypothecæ respectu pecuniæ aliis, qui non sunt Administratores, mutuò datæ.*
113. *Hæc tamen loca præferuntur creditoribus personale tantum privilegium habentibus & chirographariis.*
114. *In Archiepiscopatu Magdeburgensi differentia habetur inter civitates & communitates, quibus, ratione contractuum, in debitorum bonis jus tacitæ hypothecæ non competit, nisi in frumento mutuò dato.*
115. *Secus est in Ecclesiis, scholis, aliisque piis locis, quæ hujusmodi privilegio sine discrimine gaudent.*
116. *In Electoratu Saxoniæ Ecclesiis, scholis, Universitatibus, & studiosis respectu*

spectu stipendiorum, item Hospitalibus, aliisque piis causis tacita hypotheca tribuitur.

117. Secus est in singulis personis, sc. Ecclesiarum & scholarum ministris, qui in propriis suis debitis hoc privilegio uti nequeunt.

118. Doctores & studiosi in debitis praeferendi sunt personaliter privilegiatis & simplicibus creditoribus.

119. Tacita hypotheca competit 5. locatori contra conductorem in rem conductam illatis & invectis.

120. Illata & invecta quaenam sint & dicantur.

121. Tacita hypotheca competit contra inquilinum, qui in aedibus habitat.

122. Eadem datur contra colonum, qui praedium rusticum colit.

123. Tacita hypotheca competit locatori pro pensione, deterioratione damnoque dato.

124. Haec assertio locum habet 1. in rebus conductoris in rem conductam illatis & invectis.

125. Eadem competit 2. in fructibus tempore pensionis praestandae extantibus.

126. Et 3. in rebus illatis atque invectis, atque posteà clàm alienatis.

127. Differentia exprimitur inter illata & invecta in praedium rusticum & urbanum.

128. Ratio diversitatis affertur.

129. Jus tacitae hypothecae non competit 1. locatori in rebus, quae non perpetuò manent in re locata.

130. Hae igitur res à conductore pro lubitu possunt distrahi & alienari.

131. Aliae verò res surrogatae, quae tempore solutionis praestandae extant, pignoris nexu afficiuntur.

132. Tacita hyprtheca 2. non habet locum in rebus alienis.

133. An & quatenus res alienae possint oppignorari.

134. Tacita hypotheca non competit 3. in rebus, quae in expressa generali oppignorationem non comprehenduntur.

135. An & quatenus libri studiosorum pro pensione sint tacitè oppignorati.

136. Tacita hypotheca cessat 4. si locator fide jussorem recepit.

137. Secus est, si locator sibi de certa hypotheca specialiter prospexerit.

138. Tacita hypotheca non tollitur per subsequentem expressae hypothecae constitutionem.

139. An & quatenus provisio hominis tollat provisionem legis.

140. Plures ampliationes & limitationes referuntur.

141. Tacita

141. Tacita hypotheca tribuitur 6. legatorio in bonis testatoris.
142. Tres actiones competunt legatariis.
143. Inter hasce prima est personalis, quæ oritur ex quasi contractu aditionis hæreditatis.
134. Secunda actio in rem datur contra quemlibet possessorem.
145. Tertia actio est hypothecaria.
146. An actio hypothecaria contra quemlibet hæredum in solidum detur.
147. Rationes pro affirmativa afferuntur.
148. Negativa sententia defenditur.
149. Ad rationes pro contraria sententia adductas respondetur.
150. Tacita hypotheca non competit legatorio 1. in bonis hæredum propriis.
151. Secus est, si bona testatoris ab hærede consumpta vel distracta sint.
152. An hæres pecuniam paratam à testatore legatam præstare teneatur, si non inveniatur in hæreditate?
153. Negativa propugnatur & defenditur.
154. Dispositio generalis an ad futura etiam bona extendatur.
155. Legatarii in bonis testatoris omnibus creditoribus postponuntur.
156. Legata non debentur, nisi de ducto ære alieno.
157. Jus hypothecæ competit legatariis, si debita sint soluta.
158. Si hæreditas non sufficiat ad æris alieni solutionem, creditores contra legatarios agere possunt.
159. Tacita hypotheca competit 7. filiabus in feudis pro educatione & elocatione.
160. Filiæ quare à successione feudorum sint exclusæ.
161. De natura feudi est, ut masculi succedant.
162. Feudi masculis & fœminis concesso, illi hisce præferuntur.
163. Filiabus non debetur legitima ex feudo, nisi novo.
164. Feuda verò tacitè sunt obligata, ut filiæ ex iis sint educandæ & elocandæ.
165. Educatio & elocatio filiarum refertur inter onera feudi.
166. Filiabus debentur alimenta & congrua dos ex feudo, etiamsi id Domino sit apertum.
167. Contra quemlibet feudi possessorem filiabus competit subsidiaria actio si pro alimentis & dote.

168. Hæc

1\. AB initio notandum est, pignus & hypothecam quoad effectum non differre, sed utriusque persecutionem in rem parere actionem 2. creditori. *l. res hypothecæ. 5. §. 1. & l. pignoris. 17. ff. de pignorib. §. item Serviana. 7. Institut. de actionibus.* Pignoris autem vel hypothe- 3. cæ plures dari species, atque nonnullis creditoribus hypothecam ex legis provisione atque dispositione tribui, in *præcedente in pr. cap. 4.* diximus. Hæc verò vocatur legalis, 4. quia à lege introducta est, & tacita, ad differentiam expressæ hypothecæ, quæ conventionem partium expressam 5. desiderat, aliasque conventionalis appellatur. Hinc non obstat, quod aliàs, expressum dicatur, quod non saltem 6. in legibus continetur, sed etiam quòd de mente legis est, & sub generalitate verborum comprehenditur. Sicut etiam evidens nominatur, quod ex conjecturis colligitur. 7. *lib. Prætor ait. 20. ubi gloss. & Bartol. ff. de oper. nov. nunciat.* 8. *arnoldus de Reyger. in thesaur. jur. sub. voc. tacitum. num. 31*

Hy-

Hypotheca igitur, quæ à lege aliqua introducta est, ejusque beneficio alicui competit, hoc sensu expressa etiam vocari potest, ea tamen tacita nominatur, quia non expressa conventione, uti diximus, constituta est, nec scripturam aliquam requirit, uti fieri debet in expressa. *l. contrahitur. 4. ff. de pignoribus.* Hinc etiam *in ff. & C.* certi reperiuntur tituli, in quibus causis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur. 8. 9.

Quamvis autem *Matth. Cöler. p. 1. decis. 137. num. 1. & Sichard. in rubric. C. in quibus caus. pign. vel hypoth. tac. contrah. num. 2.* statuant, creditores, expressam hypothecam habentes, de jure civili præferri iis, quibus tacita saltem competit: Inter hypothecarios tamen, sine ulla differentia hypothecæ, sive legalis, sive conventionalis sit, regulam illam: *qui prior est tempore, potior est jure*: attendendam esse tenet *Hartman. Pistor. pract. for. libr. 2. tit. 27. observ. 8. n. 1.* ubi ait: Sicut habens expressam hypothecam anteriorem, præfertur omnibus posterioribus creditoribus expressam vel tacitam habentibus: sic etiam habens tacitam anteriorem, regulariter præfertur posterioribus creditoribus, tacitam vel expressam habentibus. Et *n. 4. in fine* inquit, paribus passibus ambulare hypothecam tacitam & expressam. Idem statuit *Herman. Meyer. in tract. de pignorib. & hypoth. lib. 1. tit. 18. n. 5.* quod utriusque idem sit judicium quantum ad prælationem temporis; nimirum si pignus facto hominis expresè contractum tempore sit prius, præferatur legali seu tacito, & in casu converso, si tacitum tempore prius sit contractum, præferatur expresso. Et *libr. 2. tit. 7. num. 29. & seq.* ubi habet, quod inter creditores habentes tacitas hypothecas, & alios habentes expressas hypothecas ratio temporis habeatur, ut qui inter eos est tempore prior, in jure sit potior. Eandem sententiam propugnant *Gail. libr. 2. observ. 25. num. 2. & seq. & alii ab ipso allegati.* Idem de jure Saxonico & in- 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

primis *in Ordinat. Judic. Elector. Saxon. tit. 44.* §. Alle diese Glaubiger. expresse constitutum est, uti *in hoc cap. 4. in princ.*
17. monstravimus. Exinde constat, tacitam hypothecam habere vim & effectum expresse, & hanc non plus operari, quàm illam, uti falsò opinatur *Coler. d. l.* à quo certè alias invitus dis-
18. sentio. Sed hîc potius illa regula locum habet: taciti &
19. expressi idem esse judicium, paremque virtutem, de qua *vid. gl. & Dd. in l. cum quid. 3. ff. si. cert. pet.* Tacita enim æquè vera est hypotheca, idemque jus reale tribuit, sicut expressa. Nec obstat, quod per verba importantia fictionem aliquam exprimatur, in *l. eo jure. 4. verb. credantur. & l. in prædiis. 7. verb. intelliguntur. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrah.*
20. Cum enim bona illa, in quibus lex alicui hypothecam tribuit verè hypothecentur, atque jus reale in illis verè constituatur,
21. uti constat ex *l. certum est. 2. & t. t. C. eod.* Hinc etiam hypotheca, quæ tacita vocatur, non ficta, sed vera est. Deinde *Anton. Negusant. de pignorib. & hypothec. quart. membr. secunda*
22. *part. principal. num. 4.* prædictum dubium alio modo resolvit, quod lex fingendo in actu, descendente à potestate juris, non
23. fictè sed verè faciat. Et hæc assertio nostra extenditur, ut hypotheca tacita anterior præferatur expressæ posteriori, etiamsi illa generalis, hæc autem specialis sit, veluti *Scabini Lipsienses Dn. D. Philippo Jacobo* Schrötern/ *Med. D. & Prof. P. in hac nostra Salana* responderunt: Dieweil D. Seling des D. Schultessen Kindern ehe als euern Weib zum Vormund verordnet worden/ und also D. Schultessen Kinder vermöge der Rechte vor euerm Weib ein stillschweigend Unterpfand in allen ihres Vormunds Gütern erlangt/ so werden sie euch in allen D. Selings hinterlassenen Gütern/ und also auch an den jenigen/ welche euch insonderheit verpfändet/ billich vorgezogen/ von R. W. Eodem modo in hac causa *Dd. & Assessores*

Curiæ Elector. Witteber. pronunciarunt: Ist D. Christoph Seling An. 1587. D. Schultessen/ Medici zu Zwickau hinterlassenen Kindern zum Vormund gerichtlich constituiret worden/ und es hat derselbe folgendes Jahrs nach Absterben des Vaters/ seiner leiblichen Schwester/ nunmehr euers Weibes Vormundschafft/ als der älteste Bruder/ gleichfals sich angemasset/ dadurch beederseits Pupillen alsbald nach angenommener Vormundschafft/ vermöge der Rechte/ tacitam hypothecam in seinen Gütern erlanget/ ihr habet aber ferner nach seinem Absterben An. 1601. wegen eures Weibes restirenden Vatertheils von den Selingischen Vormunden/ nach prorogirter solution uff drithalb Jahr/ auff etlichen gewissen Gütern eine expressam specialem hypothecam euch gerichtlichen bestellen lassen/ auch nach verlauffener dilation und nicht erfolgter Zahlung citation zur Hülffe ausgebracht/ doch endlich anderweit prorogation uff 3. Jahr verwilliget/ mit außdrücklicher Widerholung der vorigen special hypothec, und diesen reservat, daß ihr uffn Fall nachmals entstehender solution an gemelten specificirten Gütern/ gleichsam als wann die Hülffe schon ergangen/ und ex vi judicati euch euers Rechtens gebrauchen wolte/ nach mehrerm Inhalt der mitüberschickten obligation und euer Fragen. Es unterstehē sich aber numehr D. Schultes Kinder/ welche am 4. Junii abgewichenen Jahrs ebener massen auff denselben Gütern ihre Forderung specialiter verschreiben lassen/ und hernach citation zur Hülffe ausgewircket/ euch Einhalt zuthun/ und wollen Krafft anterioris tacitæ, und aus gemeltenstück folgends in specie extendirter hypothec eurem Weibe vorgehen. Ob nun wol ihr dargegen vorwendet/ daß von der Zeit an/ als euer specialis constituiret worden/ ihr beide nicht mehr in pari causa zubefinden gewesen/ sondern ihr durch eure vigilantiam ein bes-

ser und stärcker jus erlanget: Dennoch aber und dieweil nach gemeinen Schluß der Rechtslehrer/expressa und tacita hypotheca pari passu ambuliren, also daß eine so wol als die andere futura bona in sich begreiffen/und zwischen ihnen beyden kein Unterscheid dann nur wegen der Zeit zu machen / auch D. Schultessen Erben ihr jus quæsitum per anteriorem facto tertii nicht geringert werden mögen/und was ihr von euer vigilantia angezogen/sich anhero füglich nicht appliciren lässet/ und endlich die von euch angezogene Churfürstl. Sächs. Landesordnung dißfalls lauter und klar/ und mit den allgemeinen Schluß der Rechtslehrer übereinstimmet: Als habt ihr euch dißfals einiger prioritet für offtgemelten D. Schultessen Erben nicht anzumassen / sondern es werden dieselben/ woferne sie nochmahls auff die Zahlung aus den specificirten Gütern dringen thäten/euch billich vorgezogen.

24 Hypotheca tacita verò nemini competit, nisi iis in casibus, de quibus expressam juris dispositionem habemus. Illud igitur jus ad alios casus non potest extendi. *Anthon. Fab. de errorib. Pragmat. decad. 1. error. 1. Carpzov. p. 1. constitut. 28. def. 113.*

25 Notandum etiam, prædictam hypothecam tacitam vel legalem à lege introductam esse partim favore personæ, partim favore causæ. *Hartmannus d. observationibus 8. num 5.*

26 Et ab *Azone* enumerari *casus*, in quibus tacita hypotheca legis provisione contrahitur, refert *Sichard. d. l. num. 2.* Plures, & quidem 24. *casus* recensent *Negusant. d. l. & Everhard. Spekhan. centur. 3. claß. 1. quæst. 26.* Ad quos me brevitatis studio remitto, animusque est, eos saltem hic exponere, quorum fit mentio in sæpè allegata *Ordinat. Iudic. Elector. Saxon. tit. 45.* cujus *rubrica* ita habet: Von den stillschweigenden Pfanden/und wie weit dasselbe in Lehngütern stat habe. In *hoc enim titulo 45. Serenissimus Elect. Saxoniæ* non omnes recen-

set

fet casus, sed se expressis verbis ad Interpretes juris refert quando inquit: Die Fälle/in welchen die Rechte den Gläubigern ein stillschweigend Pfand ohne ein personal privilegium geben/werden von den Rechtslehrern an denen Orten/ da sie hiervon zu handeln pflegen/ nach der Länge erzehlet/ derowegen dieselben alle anhero zu wiederholen ohne Noth ist. Idem desumi potest *ex Ordinat. Judic. Magdeburg. cap. 50. membr. 3. §.* Damit man ferner &c. ubi dicitur: Damit man ferner auch wissen möge/ wer die jenigen seyn / welchen zu Recht ein stillschweigend Pfand in des Schuldners Gütern eigentlich zustehe: So ist es für nothwendig erachtet/dieselbe kürtzlich anhero zuverzeichnen / werden demnach von den Rechtsgelehrten nachfolgende Personen und Fälle erzehlet. Inter eos autem , quibus de jure Saxonico tacita hypotheca competit, & qui tam *in Ordinat. Judic. Elect. Saxon. tit. 45.* quàm *Ordinat. Judic. Magdeburg. d. l.* recensentur, refertur.

27 I. Mulier, ratione bonorum paraphernalium, quæ ultra dotem marito attulit; Verba enim *in allegato tit. 45.* ita habent: Die Fälle/in welchen die Rechte den Gläubigern ein stillschweigendes Pfand ohne ein personal privilegium geben werden von den Rechtslehrern an denen Orten/da sie hievon zu handeln pflegen/ nach der Länge erzehlet/ derowegen dieselben alle anhero zu wiederholen ohne noth ist. Unter andern haben/wie obbemelt/fürnemlich die Eheweiber derer Güter halben/welche sie über das Ehegeld ihren Männern zubringen/eine stillschweigende Vorpfändung ohne privilegium. In *Ordinatione* verò *Judic. Magdeburg. d. l. §.* Damit man ferner *& §. seq.* ita cautum est: Von den Rechtsgelehrten werden nachfolgende Personen und Fälle erzehlet: Als die Eheweiber/wegen ihrer paraphernal Güter/ alldieweil aber der Unterscheid zwischen denselben und den Ehegeldern oder Heyraths-

rathsgut/ausserhalb des termini à quo hieroben auffgehoben und abgethan/so bleibet es bey derselben Verordnung. De hisce a item & quo tempore tacita hypotheca incipiat, diximus

28. supra *in c.3. sect.1. limitat. f.26.* Hoc unicum adjicimus, tacitam hypothecam quæ uxori dicto modo competit, afficere omnia mariti bona, etiamsi post illationem sint acquisita & comparata. Et ita *in Collegio nostro m. Novembr. An. 1638. ad requisitionem Josuæ* Schlechtigers/*Not. Publ.* zu Dornburg / respondimus.

29. Propterea etiam mulier post obitum mariti, ratione illatorum in rem agere, & executionem petere potest, in quænam bona velit immitti. Pluribus enim bonis oppignoratis, liberum

30. est creditori, ex quibus velit sibi satisfieri. *text. express. in l. creditoris. 8. ff. de distract. pignor. & Ordinat. Judic. Elect. Saxon. tit.*

31. *39.* §. Wann aber sonsten der Glaubiger. Et ita præcepta executiva sub hac clausula solent concipi, daß der Executor dem Glaubiger in des debitoris Güter auff sein Anweisen schleunigst verhelffen solle. *Matth. Cöler. de processib. execut. p.3. cap.11.*

32. *num.38.* Nec debitor se ab executione liberare potest, licet unam vel aliam rem debitori cedere velit. *Carpzov. part.1. const. 32. defin.8. & seq.* Et ita *in Scabinatu nostro mens. Majo, Anno 1646. ad quæstionem* Hanß Oßwalds von Tümpling respondimus.

33. Atque hæc etiam procedunt in aliis creditoribus, quibus bona debitoris indistinctè sunt hypotheca. Hæc tamen ita sunt intelligenda, ne ordo executionis à Magistratu præscriptus violetur. *vid. l. à D. Pio. 15. §. in venditione. 1. ff. de re judic. Ordin. Judic. Elect. Sax. tit. 39.* von der *execution* und Hülffe. *Cöler. d. cap. 9. n. 20. & seqq.*

34. Quamvis autem mulieri respectu dotis illatæ à die consummati matrimonii prælationis privilegium, & quoad bona

35. paraphernalia à die illationis tacita hypotheca competat, uti suprà probavimus: Maritus tamen eâ in bonis soceri, respectu

dotis

dotis promissæ, non gaudet, *uti tradit Carpzov. p. 1. constitut. 28. defin. 118.* Et ita eum secuti, *in Collegio nostro mens. Novembr. anno 1639. Martino* Eckart zu Salfeld respondimus: Daß in Rechten nirgends vorsehen/daß dem Eydman/ vivente uxore, ob dotem promissam, in bonis soceri ein stillschweigend Unterpfand oder jus retentionis gebühren und zustehen solle/und wann auch gleich (nur Fallsweise zusetzen/) ein Eydman in des Schwehrvaters Hauß jure retentionis ob dotem promissam gesessen/und kein contractus locationis vorgangen/so ist er doch nichts desto weniger/ wo nicht zum gewöhnlichen Haußzinß/weil in Rechten eine tacita locatio und conductio nicht so eigentlich/wie renovatio locationis oder relocatio gegründet) iedoch zu Abtrag der Haußnutzung/ welche nach der pension, so sonsten von einem solchen Hauß pflegt Jährlichen gegeben und genommen zu werden/ex arbitrio boni viri, und nach verständiger Haußwirth Ermäßigung anzuschlagen/obligirt und verbunden. Tacita etiam hypotheca *in Ordinat. Judic. Magdeburg. d. c. 50. membr. 3.* §. Sie haben sich aber &c. tribuitur mulieribus pro necessariis alimentis, ex bonis mariti consequendis, hisce formalibus: Sie haben sich aber auff begebende Fälle solcher stillschweigenden Verpfändung in der Ehemänner Güther/zu Erhebung der Alimenten und nothwendigen Unterhalts/ nützlich zugebrauchen.

36. II. Tacita hypotheca *in d. Ordinati Judic. Elector. Saxon. tit. 45.* tribuitur liberis in bonis paternis, ratione bonorum, quæ pater in sua administratione habuit. Ita enim ibidem verba habent: Desgleichen die Kinder in ihres Vatern Vermögen &c. Idem statutum est *in Ordin. Judic. Magdeb. d. l.* §. Solch Recht &c. in verbis: Solch Recht haben auch die Kinder in ihres Vatern Gütern. Quamvis n. pater usum fructū

37. habeat

habeat in bonis liberorum adventitiis, nec rationem administrationis suæ liberis reddere teneatur. *Negusant. d.l. num. 14.* Cum tamen proprietas ad liberos spectet, *l. cum oportet. 6. C. de bon qua liber.* & inprimis de jure Saxonico ususfructus cesset, si liberi se â patre separent, factâque separatione pater cogatur restituere liberis omnia bona materna. *Schneidevv. in comment. Instit. ad tit. de patria potestate, n. ult.* Hinc etiam liberis ratione bonorum maternorum, aliorumque adventitiorum quæ pater instar tutoris administravit, (inter quæ etiam referenda sunt dona â susceptore oblata, das Patengeld, *Carpzov. p. 2. constit. 24. defin. ult.* Et ita *in Collegio nostro mens. Decembr. Anno 1619. ad requisitionem* Hansen *Magni* von Schönfeld/und Reichard von Eschwe zu Kochberg decisum fuit. Vid. *Beuther. d. tr. p. 1. cap. 2.* ubi idem de donis strenæ loco datis aliisque statuit,) tacita hypotheca in bonis paternis competit. *d. l. cum oportet. 6. §. ult. & l. pro officio. 20. C. de administrat. tutor. Carpz. p. 1. constit. 28. defin. 113. & p. 2. const. 24. defin. pen. & ult. Beutber. d. part. 1. cap. 3.* ubi ait: Das zugestorbene Guth/so die Kinder von ihrer Eltern einem/ Vättern oder andern Vorwandten/und guten Gönnern/ durch ein Testament/ Einsatz/legat oder fidei commiss weiß/ oder ex causa intestati, bekommen hätten/es were in liegenden oder fahrenden Stücken/das alles/weil es dem Vater niemahls zugestanden/ob er schon den Nutzen von deren etzlichen gehabt hätte/können die Gläubiger den Kindern/ als denen ihres Vaters oder Mutter Gut tacitè deßhalben verobligirt, nicht nehmen &c. *Berlich. p. 1. conclus. 67. n. 13.* Et ita jam dudum *Lipsienses, mens. Februar. Anno 1553. Hieronymo & Antonio* Holtzen zu Leipzig/responderunt: Seynd Hansen Stollen Tochter/ Cecilia genandt/die er mit euer Schwester/ seinem ersten Weib/ Frau Julianen seel. hat erzeuget/500. Gül. aus ihren Gütern zum

Mut-

Margin numbers: 38. 39. 40. 41. 42. 43.

Muttertheil zum voraus/durch einen Vertrag/zugetheilet/ welche Hanß Stolle/ als der Vater / bey sich behalten: So seynd auch seine Güter dafür der Tochter stillschweigend verpfändet. Do er nun seinem Weib der andern Ehe aus seinen Gütern eine Vermachung gethan hätte / oder noch thun wolte/so würde die bemelte Tochter in der Forderung und Bezahlung solcher 500. Gül. Muttertheils halben der andern Frauen billich vorgezogen/Von R.W. Quod etiam liberis ratione legitimæ maternæ jus tacitæ hypothecæ in omnibus bonis paternis competat, *in Collegio nostro mens. Majo, Anno 1643. ad requisitionem Dn. D. Jacobi* Grieben/ *Assessoris in Scabinatu Hallensi* pronunciavimus. Et hoc procedit in bonis hæreditariis. Hisce enim existentibus, tacita hypotheca in feudis non habet locum, nisi quoad fructus & commoditates. *Novell. Elect. Aug. constit. 25. part. 2. & Ordinat. Judic. d. tit. 45. §.* Wann aber. In quibus tamen illi creditores, quibus feudum expressè est oppignoratum, præferuntur, iisque dimissis, creditores tacitam hypothecam habentes admittuntur, & postea reliqui. *d. constitut. Elector. 25. & d. Ordinat. Judic. tit. 45. §.* Es ist aber alle das jenige/*& § seq.* Sic etiam feudo vendito, primò admittuntur creditores, qui expressam hypothecam in eo sunt consecuti, & postea residuum pretii ex venditione feudi redacti cedit illis, quibus jus tacitæ hypothecæ aliàs in bonis allodialibus competit. His autem dimissis admittuntur personaliter privilegiati, & denique chirographarii. *Ordin. Judic. Elect. Saxon. d. tit. 45. §.* Deßgleichen wann das Lehnguth.

44 45 46 47 48

Hæc autem hypotheca tacita, quam liberi in bonis paternis habent, illis quoque post obitum patris, ratione bonorum paternorum, competit in bonis matris, aviæque, si tutrices fuerint, atque à die inchoatæ administrationis in utroque

49 50

casu incipit. *d. l. cum oportet. 6. §. ult. Negusant. d. l. n. 17. Berlich. d. conclus. 67. n. 18. & n. 21.*

51. Ex hisce colligitur, quod III. tacita hypotheca competat pupillis in bonis tutorum. *d. l. pro officio. 20. & l. un. §. 1. C. de rei uxor. act. Ordinat. Judic. Elect. Saxon. d. tit. 45 in pr.* ubi dicitur: Deßgleichen haben (sc. ein stillschweigende Verpfändung ohne privilegium) die Mündlein in ihrer Vormünder Vermögen / wegen ihrer Güter / so sie administriren. Et *in Ordinat. Judic. Magdeb. c. 50. membr. 3. §.* Solch Recht &c. ubi dicitur: Solch Recht haben die Mündlein in ihrer Vormünder Haab und Güter / von Zeit an auffgetragener Vormundschafft. *Negusant. d. membr. 4. part. 2. princ. n. 6. Carpz. p. 2. const. 24. defin. 12. n. 1. Berlich. d. conclus. 67. n. 19. Beuther. de jure prælat. part. 1. cap. 1. ubi ait*, daß den Pupillen und Minderjährigen ihrer Voigt und Vormünder Haab und Güter pro tutelæ & curæ officio, das ist / wegen ihres tragenden voigtlichen Amts / zum kräfftigsten hafft / und ipso jure atque specialiter verbunden. Et ita *in Collegio nostro mens. Jul. Anno 1611. Quæsteri* zu Georgenthal / David Rosten / *mens. Sept. Anno 1625. Senatui* zu Budtstadt / *mens. Novembr. Anno 1629 Henrico* Hoffman Schaurotischen Richter zu Kaschwitz / & *mens. Januar. Anno 1638. Martino* Schinen zu Gauern responsum fuit. Hæc autem hypotheca incipit à die, quo quis tutor constitutus fuit. *d. l. pro officio. 20.*

52. Idemque *in Ordinat. Judic. Elector. Saxon. d. tit. 45. §.* Ob auch wol sancitum est, hisce formalibus: Ob auch wol Zweiffel fürfället / von welcher Zeit an solche tacita hypotheca anzurechnen / und etliche dafür halten / daß sie sich alsbald mit der Vormundschafft / oder andern dergleichen administration anfahen / etliche aber von der Zeit / da der Vormund oder Administrator übel Hauß zuhalten angefangen / weil man aber dennoch gemeiniglich nicht so bald innen werden kan / wann

sich

sich eigentlich die übele Verwaltung angesponnen/ und dahero solches eine schwere Außführung geben würde/ so wollen wir/ daß der ersten Meinung nach/ daß dergleichen Recht von der Zeit anfahen sollen/ do einem die administration per confirmationem uffgetragen worden. Idem constitutum fuit *in Ordinat. Judic. Magdeb. d. l.* in verbis: Von Zeit an auffgetragener Vormundschafft. Et ita *in collegio nostro mens. Mart. anno 1630. Quaestori* zu Altenburg / *Ioanni* Loth'/ *in concursu Martini* Kohls zu Garschitz *Creditorum* responsum fuit: Ebenmäßig verhält es sich mit Jacob Köhlers Tochter Even zu Selders 43. Güld. 19. Gr. 3. Pf. und Michael Opitzens zu klein Tauschwitz 236. Güld. 10. Gr. 6. Pf. Sintemahl diesen ietzo kein gewisser Ortzh der prioritet zugeeignet werden kan/ sondern es ist zu erforschen die Zeit / in welchen Jahr und Tag dem Merthen Kohlen der Even Kohles und Michel Opitzens Vormundschafft auffgetragen worden. Allda dann ihnen in des Vormunden Gütern eine tacita hypotheca zugewachsen. Eodem modo *m. Octobr. An. 1638. ad requisitionem* Hanßen Pesselers zu Meyen pronunciavimus. Et hæc assertio ampliatur, 1. ut tacita hypotheca liberis competat in bonis aviæ, & matris, si tutrices fuerint, uti supra probavimus. 2. eadem locum habet in bonis pro tutoris, vel ejus, qui se pro tutore gessit. *l. ult. ff. de tutel. & rationib. dist. l. dabimus q. 19. §. 1. ff. de reb. auctor. judic. possid. Berlich. d. conclus. 67. n. 21. Neguss. d. l. n. 73.* in bonis ejus, qui prodigo, furioso, muto, surdo, absenti, curator fuit constitutus. *l. tutor 33. ibiq. Dd ff. de furt. Berl. d. l. n. 23. Beuth. d. tr. p. 1. c. 4. in pr.* ubi habet: Was von der Pupillen und Minderjährigen Vorzug in bonis tutoris vel protutoris Haab und Gütern aus den Rechten angezeiget worde/ das ist auch von allen andern dergleichen Personen zuverstehen/ welche ohne Vögte/ Pfleger/

53.

54.

55.

oder Curatoren, eigenes Gewalts ihren Gütern nicht vorstehen können/als da seynd furiosi, prodigi, ii, quorum bonis interdictum est, muti, surdi, cæci, utriusque sexus &c. 4. tacitè hypotheca pupillo competit in omnibus tutoris bonis, tam præsentibus quàm futuris. *Negusant. d. l. n. 165.* tàm allodialibus, quam feudalibus, modò tutor à Domino feudi fuerit constitutus, & ex hæreditariis bonis pupillo non possit satisfieri. *Ordin. Iudic. Elector. Saxon d. tit. 45.* § Ferner vormercken wir/ubi verba ita habent: Ferner vormercken wir/wann die Vormunden allein Lehngüter haben und Schuld machen / dieselben auch auffs Lehn mit consens versehen lassen/ daß ihre Mündlein hiedurch offtmals in grossen Schaden und Vorderb geführet werden/in dem sie aus Mangelung eines dinglichen Rechtens den andern Glaubigern einen Vorzug verstatten müssen/und sich derowegen hernach desto weniger an ihren Vormunden zuerholen/und do man gleich deme zubegegnen den Vormünden/neben der Bestättigung/ allewege Vorsicherung zumachen aufflegen wolte/sie noch weniger/als sich albereit ereignet / zu solcher Vormundschafft zuvermögen seyn würden gleichwol aber auch die Mündlein dißfalls/wie billich/vorsehen werden müssen. So ordnen wir/daß die Lehngüter den Vormunden/welche wir/oder ein ander Lehnherr unter uns gesessen / constituiren werden / ihren Mündlein von Zeit an der Bestättigung / (sintemahl dieselbe an statt des consensus ist/) stillschweigend hypothecirt, und vorunterpfändet seyn sollen/sich allein auff den Fall/wann sonsten keine Erbgüter vorhanden/an denselben zuerholen &c. Vid. *Modest. Pistor. p. 3. quæst. 120. & Carpz. respons. Iuris. Elector. libr. 4. tit. 4. respons. 33. n. 2. & 3.* Et ita *in Scabinatu nostro mens. Iul. Anno 1639. ad consultationem* Friederich Wolrab von Liebenau zu Globenstein pronunciavimus : Weil solche Schuld nicht

56

57

von euern Bruder/sondern von euerm Großvater herrüh-
ret/dessen gesamte Güter stracks von der Zeit an/ do er die
Vormundschaffts Vorwaltung angetretten mit einer legal
hypothec behafftet und beschweret worden / also und der ge-
stalt/daß solch unterpfändlich Band ander Gestalt nicht als
durch wirckliche Zahlung hat hinwider gelöset/ noch von
den Großväterlichen Gütern ohne der gewesenen Pupillen
Wissen und Willen gebracht werden können &c. Hæc etiam 58.
locum habet in pecunia tutoris, quia appellatione & obliga-
tione omnium bonorum etiam venit pecunia. *Negusant. d. l. n.
166.* Quamvis autem ea post consumptionem ex causa one- 59.
rosa factam expiret, in subsidium tamen de illa pecunia is quo-
que tenetur, ad quem illa ex causa lucrativa pervenit. Quo casu
hypothecaria actio convertitur in condictionem sine causa, *ar-* 60.
gument l. rogasti. 11. § ult. ff. de R. C. Qualis actio exerceri potest
contra omnes habentes bona nostri debitoris ex causa lucra-
tiva. *Domin. Cardinal. Tusch. practic. conclus. jur. tom. 6. sub. lit. P.
conclus. 201. n. 6. & seq. & conclus. 490. n. 24.* Et ita *in Collegio no-
stro mens. Decembr. Anno 1627. ad requisitionem Illustrissimi atque
Celsissimi Principis ac Dn. Dn. Iohannis Casimiri, Ducis Saxoniæ &c.
laudatissimæ recordationis, Domini mei clementissimi*, pronuncia-
tum fuit. 6. hæc hypotheca bona tutoris tam allodiala quàm 61.
feudalia ita afficit, ut non nisi hoc cum onere ad ejus hæredes
transeant. *l. properandum. 12. §. ult. vers. hæredesve. C. de judic.
Berlich d. conclus. 67. n. 34.* Et ita *in Scabinatu nostro in præfata
causa* Friederich Wolraben von Liebenau respondimus: Ge-
stalt denn dieser Forderung (le. 10000. Gül. Capital betref-
fend/ so von des Großvaters und von Liebenau seel. herrüh-
ren/ und er als Vormund zubezahlen schuldig gewesen/) Na-
tur und Eigenschafft durch die getroffene Vorgleichung
keines weges novirt und geendert / sondern nur hiedurch ein
gewisses quantum dieser Großväterlichen Schuld gemacht

worden/dahero es seyen gleich die sämtliche Lehngüter unter euch beyde Brüder vertheilet worden oder nicht/ doch auff denselben auch nach euers Bruders Todt einen Weg wie den andern das rechtliche Unterpfand vorblieben/ und hätte es deßhalben in auffgerichteten Vertrag keiner sonderbahren Verpflichtung/ Bedingung/ oder neuer Versicherung bedürfft/ sondern es ist euers Bruders vorledigter Lehngüter halber auff euch zugleich/mit dem darauff hafftenden onere hypothecæ, berührter Großväterlichen Schuld wegen gebracht worden. Als erscheinet auch aus diesen und andern motiven so viel/daß ihr auch aus Krafft von euch angezogenen Torgauischen Außschreibens/ de Anno 1583. sub tit. Welcher Gestalt die Agnaten &c. die 10000. Güld. Capital samt den Zinsen/ so viel derselbigen/ als bezahlt/ mit Quittungen nicht zubelegen/euer Großväterliche Schuld aus der gesamten nunmehr uff euch allein gebrachten/ und euch angefallenen Lehngütern zubezahlen schuldig/ und seyn eure Vättern mit der Helffte an euers Bruders seel. verlassenen Erben/neben den andern seinen Creditorn in concursu zu suchen/und sich dahin weisen zulassen/unverbunden/von R. W.

62. 7. Prædicta nostra assertio ampliatur, ut contra tutorem hypotheca inducatur non tantum pro malè administratis, sed etiam pro neglectis. *l. 1. & t. t. C. si tutor vel curat. non gesser. Negusant. d. l. n. 6. Carpzov. d. constitut. 24. defin. 12. Berlich. d. conclus. 67. n. 20.* Et ita *in Collegio nostro mense Octobr. Anno 1625. ad quæstionem Nicolai* Kauffmans zu Cunitz responsum fuit: Daß Peter Sieber ob tutelam malegestam de neglectis, und zu Ersetzung des jenigen/ so euer Pfleghafftin an den Muttertheil noch mangelt/ wol belanget werden mag/ Von R. W.

63. 8. Prædicta tacita hypotheca pupillis competit in rebus eorum pecunia emptis atque comparatis, veluti *in cap. 3. sect. 4. n. 18. & seq.* probavimus,

vimus. Ita quoque statuit *Beutber. d. cap. 1 per l. pen. C. de serv. pign. dat. manum. & l. 3. in pr. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sunt sine decret. non alien. & l. 7. ff. qui potior. in pign. hab.* Et postea hanc rationem subjungit, daß hieran den andern Creditorn keines weges Unrecht geschicht / dann wo solche Ding nicht von der Pupillen Geld weren gekaufft worden / so weren sie auch nicht unter des Schuldners und debitoris Güter gerathen. Derhalben den Pupillen gar nicht zu mißgönnen / wann sie ihr außstehend Geld fürnemlich an dem gekaufften Gut suchen / in Betrachtung / das übrige den ander creditorn mehr zum Besten als zum Schaden gereichen mag. Plures ampliationes referunt *Berlich. d. conclus. 67. & Hermann. Meyer. de pignorib. & hypothec. libr. 2. tit. 7.*

Assertio verò nostra limitatur, & tacita hypotheca locum non habet, 1. in pecunia pupillari à tutore alteri mutuò data. *Carpz. de constit. 24. defin. 13.* Vid. *cap. 3. sect. 4. n. 19. d. l. f. 195.* ubi nonnulla præjudicia attulimus. Eodem modo *mense Jul. Anno 1611. ad requisitionem* David Rohsien. *Quæstoris* zu Georgenthal *in Collegio nostro* decisum fuit: Die 20. Güld. betreffend / welche offtgedachter Cuntz wegen eines unmündigen Mägdleins von dessen Großmütterlichen Erbe eingenommen / wofferne er ihr Vormund nicht gewesen / und das Geld an das nunmehr verkauffte Hauß nicht gewendet / so wird es den obgesetzten Glaubigern in der Zahlung nicht unbillich nachgesetzet / von R. W. Et ita hæc puella vel pupilla inter creditores chirographarios relata est. 2. Non datur uxori tacita hypotheca in foro Saxonico in bonis curatoris ad litem constituti, quia hic nullam habet administrationem bonorum, uti reliqui tutores & curatores, aut universorum bonorum procuratores. *Rauchb. p. 1. quæst. 8. num. 7. Moller. libr. 2. semestr. cap. 3. num. 2. & libr. 4. cap. 41. num. 7. Carpzov. ad d. const.*

24. de

68. *24. defin. 15.* Nec maritus vel curator litis sine consensu mulieris adultæ ejus bona obligare multò minus alienare possunt, *Scheffer. part. 2. quæst. 8. n. 4.* Et ita *in Collegio nostro mense Iun. Anno 1622. ad informationem Rosinen*, Hansen Ochsens Ehe-
69. weib zu Bösenecke responsum fuit: 3. Ventri non datur tacita hypotheca in bonis curatoris, nisi partus sit editus. *l. si ventri. 24. in pr. ff. de reb. auctor. judic. possid. Beuther. d. tr. p. 1. cap. 4. in fine*, ubi ait: **Wann etwan einer schwangern Frauen ein Pfleger oder Vogt gesetzt were/ mit denselben wird es also gehalten/ daß wider denselben diß privilegium uff den Fall nicht gelten kan/ es sey dann die Frucht an die Welt gebohren worden.**
70. 4. Pupillo in bonis, quæ hæredi tutoris ex ejus facultate non obvenerunt, hypotheca non competit. *Negusant. d. l. num. 11. Berlich. d. conclus. 67. n. 34. & seqq. Hermann. Meyer. d. tit. 7. n. 34.*
71. Iniquum enim esset, si hæredes tutorum pro iis de propriis bonis tenerentur, cum tamen alias nec uxor pro marito, vel maritus pro uxore, nec filius pro patre, vel pater pro filio, nec libertus pro patrono, vel servus pro Domino conveniri pos-
72. sit. *t. t. C. ne uxor. pro marit. & tit. C. ne fil. pro patr.* Nec
73. etiam sub generali & expressa bonorum obligatione propria hæredum bona veniant. *l. Paulus. 29. in pr. ff. de pignoribus.* Nec obstat *l. properandum. 13. §. ult. C. de judic.* ubi dicitur, quod non solùm tutores & curatores, & eorum fidejussores, sed etiam hæredes & res eorum obligentur. Sed ad hunc textum respondet *Negusant. d. membr. 4. part. 2. princ. num. 11.* quod hæredes quoad ea bona, quæ à tutoribus & curatoribus acceperint, teneantur, de iisque, non verò de propriis hæredum bonis, *d. §. ult.* intelligendus sit. Vid. *Berlich. d. conclus. 67. num. 37. & seqq.* ubi hunc textum latè explicat, & ad
74. contraria argumenta respondet. 5. Licet tacita hypotheca pupillo competat contra omnes tutores, & contra quemlibet

bet in solidum, *l. ult. ff. de tutel. & rat. distrab. l. C. si tut. vel cur. non gess.* ordo tamen est observandus, & quatuor remedia tutoribus competunt, de quibus vid. *Wesenbec. in Parat. de administrat. tutor. & curator. num. 6. & seqq. Schneidew. ad §. si ex testamento. num. 11. & seqq. Instit. de satisdat. tutor. & curator. & Meyer. d. tit. 7. num. 36. & seqq.* 6. Tacita hypotheca non datur tutori in bonis pupilli pro eo, quod sibi contrario tutelæ judicio debetur. *Anton. Faber. in Cod. lib. 5. tit. 34. defin. 1. num. 2. Carpzov. ad d. const. 24. defin. 16.* Nec 7. matri competit hujusmodi hypotheca in bonis filii pro pecunia, quam ei credidit ad solvendum domum vel aliam rem emptam, veluti *in Collegio nostro mense Jul. Anno 1627. in causa Wilhelmi* Neumeiers/ *civis Eisenbergensis curatorio nomine*, decisum fuit. 8. Tacita hypotheca pupillo in bonis tutoris sui competens, non transit ad ejus hæredes, per textus expressos *in l. ex pluribus. 42. ff. de administrat. & peric. tutor. ubi dicitur*, privilegium pupilli non dari ejus hæredi, quia non causæ, sed personæ succurritur, quæ meruit præcipuum favorem. 2. idem dicitur *in l. dabimusque 19. §. 1. de rebus auct. judic. possid.* quod ipse pupillus habeat privilegium, non verò ejus successores. 3. privilegium tacitæ hypothecæ indultum pupillo, in bonis tutoris sui, esse personalissimum, atque hæredibus etiam suis & descendentibus denegari, probat *Barthol. in l. pen. §. si puellæ n. 2 de ric. nupt.* Atque ita *in Collegio nostro Anno 1589. Georgio Everbardo* in Eißleben responsum fuisse refert *Matth. Cöler. p. 2. decis. 274. n. 4.* ubi etiam ad argumenta contraria respondet. Et huc facit 4 quod *Petr. Vanderan. in tract. de privileg. creditor. cap. 6.* tradit, in omnibus rebus id observari, ut ubi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoque deficiat, per *l. quia tale. 13. ff. sol. matrim. & l. in omnibus. 68. ff. de R. J.* Et hanc sententiam propugnant *Ben-*

75 76 77 78

ther.d.p.1.cap.4. ubi ait: Daß solcher Vorzug auff des pupillen oder anderer dergleichen Personen successorn nicht gestatet wird. *Berlich.d.conclus.67.n.33. Dn.D.Carpzovius p.2.const.*
79 *24.defin.11.num.ult.* qui tamen sibi ipsi est contrarius, & postea *respons. juris Elector. libr.4.tit.4.respons.33. num.9. & seqq.* contrarium defendit, ex rationibus seqq. 1. quod tacita hypotheca tribuat pupillo jus reale in bonis tutoris sui, & indubitatum sit, jus reale ad hæredes transmitti. Sed respondemus, hic considerandam esse personam pupilli, propter quam hy-
80. potheca concessa est. Hæc enim meruit præcipuum favorem, & non causæ, sed personæ succurritur, per expressissima verba *in d.l. ex pluribus.42.* Ubi autem persona est causa privile-
81. gii, ibi privilegium est personale, & cum persona extinguitur. *d. l. in omnibus.* 68. Propterea etiam privilegium, quod pupillo in bonis tutoris competit, non reale, sed personale vocatur. *Hermann. Meyer. de pignorib. & hypothec. libr. 2. tit.7. num.1.* imò personalissimum, uti supra probavimus. Ergò argumentum *Carpzovii* invertimus, quod cum hocce privilegium non reale sed personale sit, ad hæredes non transeat. Nec obstat, quod reliqua pignora afficiant bona oppignorata, de quibus etiam loquitur §. *creditor quoq. 4. Inst. quibus mod. re. contrah. oblig.* quem *Carpzov.* impertinenter pro se allegavit:
82. eorumque persecutio creditoris hæredibus detur. Magna enim est differentia inter pignora, quæ vel ex conventione originem & firmitatem habent, vel ex dispositione legis alicui competunt, ut ad hæredes quoque hoc jus transferatur; & inter ea, quæ certis personis sunt concessa, atque hæredibus denegata. *Cöler. d.decis.274. n.9.* Deinde non sequitur, jus pignoris ad hæredes transmitti ex eo, quod pignora afficiant bona oppignorata. Quamvis enim *Carpzov. de resp. 33. num.10.* dicat, pignora non inhærere personis, sed rebus. Et

quod

quod in jure pignoris respectus habeatur ad bona, illorumque ratione jus reale vocetur, non tamen potest concludi, quod illud semper ad hæredes transmittatur, sed ita colligere licet, quod pignoris persecutio pariat creditori in rem actionem. *l.pign.17.ff.de pignor. & hypoth.* Hoc autem jus cum actione tutelæ nihil commune habet, nec ei necessariò inhæret, uti ex seqq. patebit. Licet igitur *d. Carpzov. d. respons.33. num. 12.* 83. urgat, quod actio tutelæ transeat ad hæredes: non tamen sequitur, quod jus tacitæ hypothecæ illi cohæreat. Et quamvis *Dn.D. Carpzov.* hanc rationem conetur probare ex *Negusant. d tract.membr.4.part.2 princip.num.30. & 94.* Attamen *hic* 84. *Autor in utroque membro* agit de actione dotis, & dicit, privilegium tacitæ hypothecæ transire ad quemcunque transeat ipsa actio de dote. Hujus autem assertionis rationem assignat *præcedente num. 29.* quare hæc tacita hypotheca tàm latè competat, quod sc. privilegium tacitæ hypothecæ detur principaliter actioni, non verò personæ, per *text. express. in l. unic. 9. §. & ut plenius. 1. C.de rei uxor.act.* Hoc autem de actione tu- 85. telæ non potest dici. Quamvis enim hæc ad hæredes pupilli transeat, non tamen transit cum isto privilegio, quod perso- 86. næ pupilli specialiter est indultum. Privilegium enim personæ cohærens, eâ extinctâ, extinguitur. *d. l. in omnibus. 68.* Et actio tutelæ absque isto privilegio subsistere, & intentari 87. potest. Ergò hoc isti præcisè non cohæret, sed tùm demum, quando pupillis, qui hunc favorem meretur, prædictam actionem instituit. Ex hisce facilè potest responderi *ad tertiam* 88. *rationem* de actione dotis, quæ propter expressam legis dispositionem cum privilegio tacitæ hypothecæ ad hæredes tran- 89. sit. Ubi igitur leges hocce privilegium hæredibus non concedunt, sed expresè denegant, ibi nec nostrum est, illis concedere, multò minus legem immutare, uti ex *Vandera-*

derario respondet *Coler. d. decis. 274. num. 9.* Et hoc ipsum largitur *Carpzov. p. 1. constit. 28. defin. 13.* ubi ait: Casus, quibus tacitæ hypothecæ jus creditoribus indultum, si scire aveas, ad dispositionem juris recurras, necesse est. Ubi ergò sanctio juris cessat, ibi quoque jus tacitæ hypothecæ non inducendum est, nec quod certis tantum modò casibus certoque modo per dispositionem juris expressam introductum, id ad alios casus extendere licet. Vid. *Beuther. d. cap. 4.* *Quarta & ultima Carpzovii ratio*, quod se jus tacitæ hypothecæ pupillo in bonis sui tutoris intuitu potius causæ quam personæ suæ, absque privilegio personali concedatur, contrariatur *ipsissimis legibus & Dd. supra allegatis.* Nec obstat, quod mulier & pupillus *in Ordinat. Judic. Elector. Saxon. 45.* §. **Unter andern aber**: conjungantur, & æquiparentur. Hoc enim fit non simpliciter, & indefinitè, sed ratione tacitæ hypothecæ, quæ mulieri in bonis mariti ratione paraphernalium, & pupillo in bonis tutoris sui competit. Hinc autem non licet inferre, quod in omnibus æquiparentur. Distinctæ enim manent actiones, quæ mulieri atque pupillo, eorumque hæredibus competunt, & quælibet suam distinctam formam atque naturam habet. Deinde licet mulier & pupillus æquiparentur, hæc tamen æquiparatio non debet extendi ad ea, in quibus diversum est in jure dispositum. Atque *Negusantius*, quem *Carpzovius* pro se adduxit, privilegium tacitæ hypothecæ non tantùm mulieri, sed etiam hæredibus tribui statuit, ex ea ratione, quod non personæ, sed principaliter actioni detur. Et hæc assertio *in d. l. un.* §. *1.* est fundata. Cum autem de pupilli hæredibus talem constitutionem non habeamus, sed potius contrarios legum textus. Ergò in hisce diversum est statuendum. Tacita hypotheca enim, uti supra probavimus, non nisi in casibus à jure expressis obtinet, uti ipse

90. 91. 92. 93. 94.

Carpzo-

Carpzovius repetit *d. tit. 4. respons. 34. n. 5.* Reliqua solidissimè resolvit *Vanderan. d. l.* Hoc unicum breviter subjicio, mirum videri, quod *Dn. D. Carpzov. loc. alleg. in responsionibus ad rationes contrariæ sententiæ* in dubium vocet, an jus hypothecæ tacitæ ipsis pupillis de jure Pandectarum competat, & tamen ex eo adstruat, præfatum jus pupillorum hæredibus deberi, *contra l. 20 & l. 75. §. 1. ff. de R. J.* 95

Ex prædicta nostra sententia colligitur, quod 9. prædicta assertio limitetur, & jus tacitæ hypothecæ pupillo in bonis tutoris sui competens, extraneo non possit cedi. Quod enim ad hæredes non potest transmitti, alteri etiam cedi non potest. *d. l. ex pluribus. 42. ibiq. Gothofr. in not. sub lit. f.* 96 97

IV. *In d. Ordinat. Iudic. Elector. Saxon. tit. 45.* §. So seynd auch/ jus tacitæ hypothecæ tribuitur Civitatibus, Universitatibus vel Communitatibus, Ecclesiis, atque Hospitalibus, in bonis administratorum. Ita enim verba habent: **So seynd auch die Güter der jenigen/ welche einer Stadt oder Gemeinde/ deßgleichen Kirchen oder Hospital vorgestanden/ solcher Verwaltung halben heimlich vorpfändet.** Eodem modo jus tacitæ hypothecæ competit *in Ordinat. Iudic. Magdeburg. cap. 50. membr. 3.* §. **Die Kirchen/ Schulen** &c. hisce formalibus: **Die Kirchen/ Schulen** / Stipendiaten, **und** Hospitalien, **Städte und Gemeinen haben auff ihrer Vorsteher und** Administratorn **Güter ebenmässig ein stillschweigend Unterpfand.** Idemque *de jure civili* procedit. Prædicti enim Administratores æquiparantur tutoribus & curatoribus; Civitates verò, Ecclesiæ, atque Hospitalia pupillis & minoribus. *Gail. 1. observ. 30. num. 16. & libr. 2. obs. 62. num. 4. Negusant. d. l. num 120. & seqq. Berlich. d. conclus. 67. num. 41. 47. 53. & 55. Carpz. p. 1. constitut. 28. defin. 115.* Etsi plures sint admini- 98 99 100 101

ſtratores, unus tenetur pro alio, quo etiam caſu beneficium ordinis ſeu excuſſionis non habet locum, neque beneficium diviſionis, qvando alii non ſunt ſolvendo, per ea, quæ de tutoribus tradit *Schneidevv. ad §. ſi ex teſtamento. n. 13. & ſeqq. Inſt. de ſatisdat. tutor. vel curator.* Qvorum exempla adminiſtratores conveniri poſſunt. *l. curatores. 3. in princ. ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pertin. Petr. Greg. in ſyntagm. jur. univ. lib. 13. c. fin. n. fin. per d. l. curatores 3. in pr. ff. de adminiſtr. rer. ad civitat. pertinent l. quid ergo. 13. ff. ad municip. l. 1. & 2. C. quo quisq; ord. conven. Hartmann. Piſtor. p. 1. quæſt. 6. n. 8.* Et ita *in Collegio noſtro menſ. Jul. anno 1624. ad requiſitionem* der deputirten aus dem Rath und der Gemeine zu Eſchwege pronunciatum fuit: Iſt den Administratoribus Civitatis, die Verwaltung ingeſamt und unzertheilter maſſen anvertrauet/ welche ſie auch alſo verrichtet: So hat derer keiner mit der exceptione ordinis oder excuſſionis ſich zubehelffen/ wie auch do ein Unterthan belanget wird/ und man ſich an den andern nicht erholen kan/ der-

102 ſelbe ſich des beneficii diviſionis nicht zuerfreuen. Quemadmodum etiam tutor ſumptus litis, quos in rem pupilli fecit, repetere poteſt, quando bona fide fecerit, quamvis contrarium exitum habuerit, *Bartol. in l. 3. §. ſufficit. ff. de contrar. tutel. & util act.* Secus ſi injuſtam litem moveat. *l. non eſt ignotum 6. C. de adminiſtr. tut.* aut mala fide ſumptus impendat, ut ſi eques cum comitatu in cauſa pupillari iter ingrediatur, quo tamen in propria cauſa ſolus & per pedes ire ſit ſolitus, cujusmodi ſumptus non poteſt repetere. *Bartol. in l. pupillus de tutel. & rat. diſtrah. Weſenbec. in Parat. ff. de contrar. tut. & util. act. Menoch. de arbitr.*

103 *jud. quæſt. caſu 173. num. 6.* Ita eodem modo Adminiſtratoribus ſumptus debentur, veluti *in eadem cauſa* deciſum fuit: So die Korn Cämmerer nothwendige Rechtfertigungen angefangen/ oder außgeſtanden/ und haben dorauff bona fide

Un-

Unkosten/welche nicht vermietet werden können/ uffgewendet: So sind sie zwar dieselben wieder zu suchen nicht zuverdencken/sondern solcher ihrer Forderung zuvergnügen: Do sie aber grosse Summen Geldes an ungewisse Leute uf Frucht außgeliehen / und dahero vergebene Rechtfertigung und grosse Unkosten selbsten verursachet: So sind ihnen die auffgewandte Unkosten nicht zuerstatten / sondern dieselbe mit solcher Forderung abzuweisen. Siouti etiam tutores pecuniam pupillarem licito fænori exponere, & si secus fecerint, ipsi usuras præstare tenentur. *l. ob fænus. 49. ff. de administr. tutor. l. 1. & l. si pecuniam 3. C. de usur. pupill.* Ita quoque Administratores pecuniam civitatis vel Ecclesiæ fænori dare, aut usuras solvere debent. *l. fin. ff. de Magistr. conven.* Nec amplius observatur, quod in *Novell. 72. c. 6.* cautum est, sed reditum ad jus Pandectarum & Codicis, *Bartol. in l. Divi. 89. ff. ad l. Falcid.* Et ita *in præfata causa* pronunciatum fuit: Demnach obberührte Stifftung außdrücklich besaget/daß die Gelder zum Kornkauffen anzuwenden/und dieselbe der Stadt zum besten auß zu thun: So sind von den Administratorn gedachte Gelder/davor sie kein Korn gekaufft/sondern dem gemeinen nutz zum Schaden müßig gelegen/zuverzinsen. Porrò ad tutores periculum nominum pertinet, quæ tempore tutelæ aliis mutuò dederunt, si postea illorum culpa deteriora facta sint. *l. si tutor. 15. ff de admin. & peric. tutor. l. 2. C. arbitr. tutel.* Vid. *Decision. mear. p. 1. decis. 14. n. 5. & 7.* Ita etiam administratores eodem modo tenentur, & non solùm periculum nominum, quæ ipsi contraxerunt, sed & usurarum ad eos spectat. *l. litis. 37. §. 1. ff. de negot. gest. l. 2. §. 7. & l. fin. §. ff. pen. si. de administr. rer. ad civit. pertinent.* Et hoc modo *in eadem causa* responsum fuit: Haben die beklagte Administratores civitatis von denen bey sich behaltenen Geldern etliche auff Frucht und sonsten hinauß an unge-

104 105 106 107

wisse Oerther ihres Gutachtens gethan/oder die Frucht und Gelder bey Zeiten nicht eingemahnet/und die Schulden verderben lassen/auch wol ihre eigene und ungewisse Schulden hinein gesteckt/und dargegen die gewisse vorhandene Gelder zu sich genommen; So gelten und erstatten sie solchen Schaden billich/welches hat seinen Abfall / wann die Schuldner unversehens verderben/oder wann die Schuld vor Antretung des Administratoris außgethan /und der Schuldman allbereit verdorben. Præterea tutores rationem tutelæ reddere
108 tenentur, & quidem in loco administrationis, uti *decision. mear p. 1. docis. 13. n. 20. & seq.* probavi. Eodem modo Administratori-
109 bus incumbit, ut rationes reddant. Et si forsan error calculi fu-
110 erit commissus & repertus, ille potest coargui etiam post approbatas rationes ad 30. annos, *l. calculi 8. ff. de admin. rer. ad civis*
111 *pertin.* nisi super errore transactum, vel de rationibus judicatum, vel juratum sit. *l. un. C. de errore calcul.* Et ita *in eadem causa* judicatum fuit: Wann gleich die Administratores civitatis ihre Rechnungen gethan/und darüber quittirt: Dennoch do sich ein error calculi oder etzliche defecten befinden: Sind sie solche zu justificiren, und die Mängel gut zu machen schul-
112 dig. Sed ut ad scopum nostrum, à quo paululùm digressi sumus, revertamur, notandum est, civitatibus, Ecclesiis, aque Hospitalibus de jure communi & Saxonico non competere jus tacitæ hypothecæ respectu pecuniæ mutuò datæ in bonis aliorum debitorum, qui scilic. non fuerint Administratores, uti probat *Berlich. de conclus. 67. num. 44. 51. & 52.* exemplò pupillorum, quos in mutuo tacitæ hypothecæ privilegio non
113. gaudere supra *in præcedente num. 3. limit. 1.* probavimus. Favore tamen piarum causarum prædicta Collegia & loca præferenda esse creditoribus personale tantùm privilegium habentibus & Chirographariis, *in Collegio nostro Anno 1613. ad requi-*

requisitionem Richter und Schöppen zu Meinebe responsum fuit: So viel die Kirchen/ Hospital/ und Closter betreffen thut/werden dieselbe wegen ihres außgeliehenen Geldes andern bloßen Chirographariis und personal creditoribus in der Zahlung/so von des Debitoris Gütern genommen wird/favore piarum causarum billich vorgezogen. Vid.quæ de debitis civitatum, als Bier und Weinkellers/ auch Cämmerey und Wechselschulden diximus *supra in c.2.membr.5.limit.2.f.187.* In *Ordinat. Judic.Magdeb.c.50.membr.3.* §. Die Kirchen/Schulen &c.differentia statuitur *inter Civitates & Communitates*, quibus in debitorum bonis ratione contractuum jus tacitæ hypothecæ denegatur, excepto frumento mutuò dato: & inter *Ecclesias,Scholas,aliaq; loca pia*, quibus indefinite hoc privilegium tribuitur, *hoc modo*: Solch privilegium aber erstrecket sich uff der Städte und Gemeinen außgeliehene Gelder/und andere geschlossene Contracte in der Schuldener Güter gar nicht/ es were denn Sache/daß sie Getreidich außgeliehen hätten/ dafür hafften der Schuldener Güter vorberührter massen. Die Kirchen/Schulen/und Armen aber/geniesen dieser præferenz ohne Unterscheid in allen und ieden ihnen zum besten geschlossenen Contracten. In Electoratu Saxoniæ verò ex speciali constitutione Ecclesiis,Scholis,Universitatibus, Studiosis respectu stipendiorum,quæ illis ad continuationem studiorum quotannis exhibenda & solvenda,it. Hospitalibus,aliisq; piis causis privilegium tacitæ hypothecæ concessum est, exceptis tamen singulis personis, puta Ecclesiarum & Scholarum ministris, qui hoc beneficio in propriis debitis adversus suos creditores minimè gaudent. Ita enim verba *in d. Ordin. Judic. Elector. Saxon tit.45.* sonant: Ob sich wol sonsten solch dinglich Recht ausserhalb des Vorstehers Gütern nicht zuerstrecken pfleget. Weil wir aber dennoch befinden/ wie Kirchen/

116

117

Schulen und Hospital offtmals mit deme/ was von ihrent-wegen außgeliehen wird / oder man ihnen sonsten schuldig/ weit zurück stehen/und hiedurch in grossen Abfall kommen/ so wollen wir denselben in aller derer Gütern/ welche ihnen etwas zu gelten schuldig do es nicht zuvor als ein onus reale darauff hafftet/und ad primum ordinem creditorum gehörig ist/hiermit eine heimliche Vorpfändung gegeben haben/es soll aber gleichwol solches Recht allein uff Kirchen und Schulen/und Hospitalien gemeinet seyn/und sich derowegen sonderbahre Personen dessen nicht zugebrauchen haben / iedoch unter den Schulen auch der Universiteten und Stipendiaten

118 Gelder verstanden werden. Doctores tamen & Scholares in debitis causa studii præferendos esse aliis creditoribus, tradit *Beust, ad l. admonendi de jurejur. 968*. Quod intelligendum esse puto non de hypothecariis, sed simplicibus creditoribus & personaliter privilegiatis. Plura hac de re congessit *Berl. d. concl. 67*.

119 V. Jus tacitæ hypothecæ competit locatori contra conductorem, (qui in feriore Saxonia vocatur ein Heuering / item ein Meyer uff den Hoff/) in rem conductam illatis & in-

120 vectis. Illata verò vocari ea, quæ dorso inferuntur, & invecta, quæ manibus importantur, tradit *Schneidevv. ad §. item*

121 *Serviana. 7. Instit. de actionib. num. 15.* Prædictum autem jus locum habet non tantùm contra eum, qui domum conduxit, vel in ædibus habitat, & propriè inquilinus vocatur. *l. res pi-*

122 *gnoris. 37. ff. de adquir. vel amit. poss.* verùm etiam contra illum, qui prædium rusticum colit, operamque culturæ in agris dat, & alias colonus appellatur *d. l. res pignoris. 37. & l.*

123 *certi juris. 5. C. de locat.* Hoc autem jus tacitæ hypothecæ competit locatori pro pensione. *d. §. item Serviana. 7.* itemque deterioratione & damno dato. *l. Pomponius 2. ibiq. gl. & Br. ff. in*

124 *quib. caus. pign. tac. contrab. & l. ult. C. eod.* Et hoc procedit,

1. in

1. in rebus conductoris in rem conductam illatis & invectis. *l. eo jure. 4. ff. d. t. l. item quia. 4. in pr. ff. de pact. Ordinat. Judic. Elector. Saxon. d. tit. 45. §.* Wann auch. ubi dicitur: Wann auch einer ein Hauß/ Gemach/ Keller/ Gewölb/ oder dergleichen/ um einen Zinß/ vormietet/ der hat ein dinglich Recht uff alle fahrende Haab/ so in solchen obgemieteten Guth gefunden wird/ und dem/ so es ihm abgemietet/ zuständig ist. Idem sancitum fuit *in Ordinat. Iudic. Magdeburg. cap. 50. membr. 5 §.* Was ein Pachter &c. hoc modo: Was ein Pachter oder Miethman anfahrender Haab in das gepachtete Guth/ Hauß/ Hoff/ Gemach/ Keller/ oder Gewelb einbracht/ dorauff hat der jenige/ welcher es ihme vermietet/ für das Pachtgeld und zugezogenen Schaden ebenmäßig ein dinglich Recht/ wenn er ihm schon anderwerts durch außdrückliche Verpfändung mehrere Versicherung thun lassen. Et ita *Lipsienses Senatui Wittebergensi* responderunt, quæ sententia *ibid. die 12. Maii, Anno 1618.* publicata fuit. 2. in fructibus, tempore pensionis solvendæ extantibus. *l. in prædiis. 7. ff. in quib. caus. pign. tac. contrah. l. si in lege. 24. §. si colonus. 1. ff. locat. Negusant. d. l. n. 147.* 3. In rebus illatis atque invectis, quas postea inquilinus ut & colonus inscio locatore in alium transtulit vel alienavit, quo casu locatori competit interdictum Salvianum etiam contra tertium possessorem, & quidem directum quoad dictas res coloni, utile verò quoad res inquilini. *l. 1. C. de precar. & Salvian. interdict. ibique Gothofr. in not. sub. lit. 5. & l. 1. §. 1. ibique Bl. & Gothofr. ff. eod. Schneidevv. ad d. §. item Serviana. 7. num. 64.* Notanda tamen hic est differentia inter illata & invecta der colonum in prædium rusticam, & inter illata invectaque per inquilinum in prædium urbanum. Hæc enim indistinctè taciti pignoris jure sunt locatori obligata, illa vero tùm demum, si locator ea illata esse sciverit. *l. eo jure. 4. in*

125

126

127

princ. ff. in quib cauf. pign. vel hypoth. tacitè contrah. & d. l. certi
128 *juris. 5.* Ratio diversitatis à D. hæc datur, quod Coloni & rustici tales res inferre soleant, quæ non possint occultari, uti sunt aratra, plaustra, ligna, jumenta, pecora, & alia, quæ ad culturam pertinent. Econtra verò inquilini suas res occultent, & non liceat illas investigare. Hinc eæ absque scientia locatoris tacitè obligantur. *Schneidew. ad d. § item Serviana 7. num 28.*

129 Prædicta autem nostra assertio limitatur, & jus tacitæ hypothecæ locatori non competit, 1. in illis rebus, quæ à conductore non eo animo sunt illatæ, ut ibi perpetuò, id est, quamdiu durat tempus locationis, manerent, uti sunt merces, aliæque res venales. *l. in prædiis. 7. §. 1. ibiq. Gothofred. in not. ff. in quib. cauf. pignus vel hypothec. tacit. contrah. l. debitor. 32. ff. de pignoribus.* Hæc tamen restrictio ita est intelligenda, ut conductor hasce res liberè possit distrahere. Illæ igitur in specie non sunt obligatæ, sed cum semper aliæ comparentur & substituantur, hinc illæ, quæ tempore solutionis extant,
130 pignoris jure tenentur. *Schneidevv. d. l. num. 37. & duob. seqq. per l. cum tabernam. 34. in princ. ff. de pignorib.* 2. Jus tacitæ hypothecæ non habet locum in rebus alienis. In quibus e-
131 nim non potest expressa oppignoratio subsistere, in iis etiam tacita hypotheca non habet locum. *Negusant. d. l. num. 152.*
132 Atqui res alienæ sine consensu Domini non possunt expressa conventione obligari. *t. t. C. si aliena res pignor. data sit.* E.
133 Secus verò est, si cum scientia & voluntate Domini sint illatæ, & oppignoratæ. Solà verò scientia & patientia non inducit tacitam hypothecam, nisi Dominus fraudulenter dissimulaverit, veluti probat, & hanc sententiam æquiorem & de jure veriorem arbitratur *Schneidevv. d. l. num. 46. Meyer. d.*
134 *tr. libr. 1. tit. 18. num. 16. & seq.* 3. Excipiuntur à jure tacitæ hy-

hypothecæ, quæ in expressa generali oppignoratione non comprehenduntur, uti sunt vestes quotidianæ, aliæque res, quarum fit mentio *in l. obligatione. 6. & trib. seqq. ff. de pignorib.* Hinc colligitur, libros studiosorum pro pensione non esse tacitè obligatos. Secus verò est, si alia bona deficiant, omnisque cesset solutio, quod casu ne hisce quidem parcendum esse, sed ad librorum distractionem absque omni injuria deveniri posse. & ita nostris temporibus finito locationis tempore, pro executione mercedis, sæviri in libros sicut in alias res scholarium, librosque arestari, donec satisfiat ædium Dominis, refert *Matth. Coler. cap. 3 p. 2. de process. b. execut. num 147. & seq.* Cujus sententiam adprobat *Carpzov. p. 2. constit. Elector. 25. defin. 20. num 8. & seq.* Vid. *Disputat. 3. ad Auth. habita. C. ne fil. pro patr. fol. 57. & seqq.* 4. Jus tacitæ hypothecæ expirat, & locator ab eo recessisse censetur, si fidejussorem receperit. *l. solvitur. 5. §. si convenerit. 2. & l. pen. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solv.* Secus verò est, si locator sibi de certa hypotheca specialiter prospexerit, argumento *l. fundus. 9. ff. de annuis legat. Bald. in d. l. certi juris. 5. num. 17. Negusant. d. l. num. 138. vers. quarto amplia. Berlich. d. conclus. 67 num. 63.* Jus enim tacitæ hypothecæ non tollitur per subsequentem expressæ hypothecæ constitutionem, sed illud per hanc fit efficacius. *Negusant. d. tr. num. 86.* Et ita *in Collegio nostro mens. Novembr. Anno 1638. Josuæ* Schlechtigern / *Not. Publ.* zu Dornburg / respondimus: Daß gemelter Witwen unbenommen / über die zwar ohne das cum jure prælationis in allen und ieden ihres Mannes Gütern ihres eingebrachten Guts wegen zu recht habende stillschweigende Vorpfändung / ihr auch zum Uberfluß den angedeuteten Gasthoff zum außdrücklichen Unterpfand gerichtlichen vorschreiben zu lassen &c. und ist hierüber die Obrigkeit auff gebührliches Ansuchen ihr solche Ge-

135 136 137 138

richtliche Verpfändung zuverweigern nicht befugt. Nec 139 obstat vulgata illa regula, quod provisio hominis tollat provisionem legis, per *l. fin. C. pact. convent.* Ad illam enim respondent *Dd. relati & citati à Negusant. d. l. n. 138. vers. quartò amplia*, quod procedat, quando provisio legis facta est in defectum provisionis hominis: Secus autem, quando ex alia ratione provisio legis facta est. *Schneidevv. ad d. §. item Serviana. 7. num. 35. Jacob. Schultes in addit. ad Modest. Pistor. p. 1. quæst. 48. n. 58. & seq.* Plures ampliationes & limitationes recensent *Negusant. Schneidevv & Meyer. dd. loc.* 140

VI. Jus tacitæ hypothecæ tribuitur legatario in bonis 141 testatoris. *l. 1. C. commun. de legat. §. sed olim. 2. Inst. eod. Ordinat. Judic. Elector. Saxon. d. tit. 45. §.* Item, Wann einem / ubi dicitur: Wann einem aus einem Testament etwas legirt und verschafft wird / hat er hierüber eine heimliche Verpfändung in alle des Testatoris Verlassenschafft. Et *Ordinat. Judic. Magdeburg. cap. 50. membr. 3. §.* Also hat auch &c. ubi dicitur: Also hat auch der jenige / deme in einem letzten Willen etwas vermacht wird / die gantze Verlassenschafft so lange zum stillschweigenden Unterpfand / biß er seines legati befriediget 142 wird. Tres enim actiones competunt ei, cui aliquid in testamento vel codicillis relictum est, sc. actio personalis, quæ ori-143 tur ex qs. contractu aditionis hæreditatis. Hæres enim per aditionem hæreditatis qs. contrahere videtur non solùm cum creditoribus, sed etiam legatariis, atque ita tam æs alienum, quàm legata solvere & præstare tenetur. *l. 3. §. ult. & l. seq. ff. quib. ex caus. in possess. eatur. §. hæres. 5. Instit. de obligat. quæ ex qs. contr. nasc. & l. ult. C. de hæredit. actionib.* Secunda actio in 144 rem datur, non solùm contra heredem, sed etiam quemlibet possessorem, qua legatarius (qui post mortem testatoris, aditamque hereditatem rei legatæ fit Dominus,) petit, rem suam sibi

sibi dari. §.2. *Inst. de legat.* & *d. l. 1. C. comm. de legat.* Tertia actio 145 etiam realis est & hypothecaria, quia, uti supra diximus, omnia bona hæreditaria, tacitè sunt prò legatis obligata. *d.* §. 2. & *d. l. 1.* Et ita *in Collegio nostro mense Mart. anno* 1640. *ad requisitio em Johannis* Thielen/ & *Christophori* Lundengrün zu Franckfurt am Mayn pronunciavimus: Daß die von Hans Else dt in seinen auffgerichteten und uns sub lit. A. zugeschickten Testament euch und Consorten auffgesetzte und vermachte legaten und prælegatum zusamt denen davon hinterstelligen Interesse und Zinsen / darüber, sie euch 2. Wechselbrieff eingehändiget / pro mutuo nicht / sondern für eine solche privilegirte ex testamento herrührende Forderung zu achten / welcher wegen ihr Krafft habender stillschweigender legalischer hypothec und Unterpfands actionem hypothecariam, rei vindicationem, und actionem personalem ex testamento adversus heredem anzustellen wohl befug. Sed 146 quæritur, *an actio hypothecaria contra quemlibet hæredum in solidum detur, an verò contra omnes hæredes pro ratis portionibus?* 147 Prius videtur dicendum, quia actio realis quam hypothecariam esse diximus, non dividitur, sed contra quemlibet ex heredibus in solidum datur, per *expreß. text. in l. 1. & 2. C. si unus ex pluribus hæredib.* Pignus enim non personam, sed bona respicit. *l. pignoris. 18. C. de pignorib. & hypothec. & l. pignoris. 17. ff. eod.* Propterea etiam pro minima parte debiti tota res manet obligata. *l. quamdiu. 9. C. de distract. pignor.* Verùm hisce non attentis, 148 *Bartol. in l. 1. C. comm. de legat. num. 17 Jason. in l. cum. qui res. C. de procuratorib. num. ult. Neguf. d. membr 1. part. 2. principal. num. 160. & Berlich. d. conclus. 67. num. 70.* contrarium defendunt, per *d. l. 1. C. comm. de legat.* ubi ferè in fine dicitur, *in tantum unumquemque hæredum hypothecaria conveniri posse, in quantum personalis actio adversus eum competit*

Sed

Sed indubitati juris est, actionem personalem dari contra unum quemque pro rata. *l. pro hæreditariis. 2. C. de hæreditar. actionibus.* E. Deinde pro hac opinione facit, quod obligatio ab hæredibus incipiat. Ergò etiam ab iis incipit hypotheca, & per consequens quilibet, quatenus hæres est, id est, pro portione hæreditaria tenetur, *argum. l. cum res. 5. C. si aliena res pign. dat. Donell. ad l. 1. C. comm. de legat. num. 13. vers. huic loco opponitur.* Nec obstant ea, quæ pro ratione dubitandi sunt allata.

149 Quamvis enim aliæ actiones hypothecariæ contra qvemlibet ex hæredibus in solidum dentur: Secus tamen est in hac nostra hypothecaria actione, quæ divisionem recipit, & datur legatorio pro consequendo legato, ad similitudinem personalis actionis. Ratio differentiæ est hæc, quod aliæ hypothecæ incipiant in persona promissoris, quarum natura postea ex bonis hæredum non potest immutari. *l. 2. §. ex his. 2. ff. de V. O.* Hypotheca vero, quæ pro legato competit, ab hæredibus incipit, & ita quoque datur pro numero hæredum. *Negusant. d. l. num. 160.* Et hæc sententia recepta & approbata est *in Ordinat. Judic. Magdeb. d. §.* **Also hat auch** &c. & §. seq ubi dicitur: **Jedoch mit der Bescheidenheit / daß wann mehr als ein Erbe vorhanden / er sich bey einem ieden** pro rata **erhole / auch sich dieses Rechtes ehe nicht gebrauche / biß zuförderst alle uff der Erbschafft hafftende Schulden bezahlet seyn.**

150 Assertio verò nostra limitatur, & legatorio non competit jus tacitæ hypothecæ, 1. in bonis hæredum propriis, *d. l. 1. C. comm. de legat.* in fine, ubi dicitur, hypothecam esse tantummodò earum rerum, quæ à testatore ad hæredem pervenerint. Et *l. creditoribus. 4. §. 1. ff. de separationib.* Et ita *in Scabinatu nostro mens. Jun. anno 1641. Laurentio Michaeli* **Schirnern zu Salfeld** respondimus.

151 Secus est, si hæres bona testatoris consumserit, vel dolo possidere desierit, per *l. qui petitorio*

rio

rio.36. in pr. & l. is qui dolo.69.ff. de R. V. l. qui dolo. 131. ff. de R. J. Donell. ad d. l. 1. num. 10. ferè in fin. Hoc enim casu bona hæredis in locum rerum hæreditariarum consumtarum vel distractarum, & ita in proprios usus conversarum substituuntur, onerique hypothecæ subjiciuntur, per *l. grege.13. ff. de pignorib. & hypoth.* Et ita *in Collegio nostro mens. Novembr. anno 1649 ad requisitionem Victoris* Raben zu Stüeck pronunciatum fuit. Sed quæritur, *quando quis alteri certam pecuniæ summam legavit, paratam tamen pecuniam non reliquit in hæreditate, an hæredes de sua parata pecunia legatum præstare teneatur?* N. Quamvis enim legata ab hærede præstanda sint, ille tamen ea non de proprio patrimonio, sed testatoris bonis solvere tenetur, per *l. unum.67. §. si rem tuam. 8. ff. de legat. 2.* Nec ulla actione legatarius pecuniam illam ex hæredis bonis petere potest. Non actione personali ex testamento, quia dispositio testamentaria ad præstandum legatum de propriis bonis hæredem non adstringit, sed ille potius ex juris præsumtione, qua id censetur legatum quod est minus, & quò minus gravetur hæres. *l. qui concubinam.29. §. cum ita. ff. de legat.3.* ab isto onere & gravamine liberatur. *d. l. unum.67. §. si rem.8.* Nec actione in rem, vel vindicatione, quia dominium pecuniæ hæredis ad legatarium transire non potuit, cum eam etiam testator nunquam habuerit. *l. id quod nostrum. 11. l. nemo. 54. l. nemo. 120. l. aliud. 160. §. ult. & l. in his. 175. §. 1. ff. de R. J.* Et rei vindicatione non nisi qui Dominus rei est, adversus eum, qui illam rem possidet, experiri potest. *§. 1. Inst. de actionib. l. 23. in pr. ff. de R. V. & l. actionum. 25. in pr. ff. de O. & A.* Nec actione hypothecaria, quia res hæredis, quas non accepit à defuncto, nullo hypothecæ aut pignoris nexu legatario obligantur. *d. l. 1. C. comm. de legat.* Et legatarius prius probare debet, pecuniam, quam jure hypothecæ petit, in dominio vel

152

153

qs, testatoris fuisse, cum moreretur, vel saltem ab eo pervenisse, *d. l. 1.* Nec denique officio judicis, quia quando non versamur in eo casu, qui spectat ad decus testatoris tuendum, sed ubi legatum utilitatem legatarii duntaxat respicit, ordinaria juris remedia, videlicet præfatæ tres actiones locum habent, quæ ubi competunt, officio judicis locus non est, quia illud non actionis sed exceptionis defectum supplere solet *l. si pupilli. 6. §. videamus. 12 ff. de negot. gest. Craveti consil. 912. n. 20. & seqq.* Et quod magis est, legata in dubio saltem intelliguntur de iis bonis, quæ in domino testatoris tempore conditi testamenti fuerunt, & non extenduntur ad ea, quæ ab ipso testatore postea fuerunt quæsita, nisi acquisitio fuerit facta per modum augmenti. *l. grege. 21. ff. de legat. 1. Honded. consil. 63. num. 6. vol. 1.* Aut aliud expressè in testamento cautum sit. *l. si ita esset. 7. de aur. & argent. legat. l. uxorem 41. §. in testamento. 1. & l. pen. ff. de*

145 *de legat. 3. Bald. in l. Bald. in l. fin. §. 1. ff. de legat. 2.* Ubicunque enim dispositio est generalis, in qua sit translatio dominii, veluti in legato bonorum tunc si testator non potuit prævidere, quo bona in futurum comprehendi possint sub illa dispositione, nunquam talis dispositio ad futura bona extenditur, sed saltem ad præsentia refertur. *Menoch. consil. 142. num. 22. Honded. d. consil. 63. n. 17. & seqq. Dom. Cardin. Tusch. pract. conclus. juris tom. 6. conclus. 59. n. 4.* Et ita *in Collegio nostro mens. Nov. anno 1634. Heinrico* von Görßdorff zu Weymar responsum fuit: Hat euer Bruder / Peter von Görßdorff / Fürstl. Sächs. gewesener Hoffmarschalck und Jägermeister zu Weymar / und sein Weib Barbara, gebohrne von Lützelburg / beyde seel. den 30. Augusti Anno 1624. ihren letzten Willen auffgesetzt / und den 1. Septembr. bey Fürstl. Regierung hinterlegt / darinnen euers Bruders seel. Weibes hinterlassenen Blutsfreunden 6000. Güld. legirt, welche ihnen uff den Fall / do euer Bruder

seel.

seel. ohne Kinder und Kindes Kinder versterben/ und nur seit-halben verwandte Blutsfreunde verlassen würden/ entrichtet werden sollen. Ob nun wol euer Gegentheil mit denen ihm vermachten 6000. Güld. so von der Testatricin herrühren/ und auff das Guth Magdala an guten Geld vorsetzt/ sich weisen zu lassen nicht gemeinet/ mit dem Vorwenden/ daß die legata in Rechten höchlich privilegirt, und nisi deducto ære alieno kein Erbe gefolget werden könte/ dahero die legirte 6000. Güld. von den vorhandenen baaren Gelde/ und wo dasselbe etwan nicht zureichen möchte/ von den pretiosis mobilibus und andern Vorrath/ ihnen unvorzüglich zubezahlen. Dennoch aber weil euerm Andeuten nach/ nicht allen die auff das Guth Magdala außgezehlte 14000. Güld. von euers Bruders seel. Weibe herrühren/ und dahero vermuthlichen/ daß sie die Frau Testirerin/ sonder Zweiffl mit den Vermächtnüß uff solche bey der Herschafft stehende Gelder/ nicht aber auff das jenige/ was damals nicht ihr Eigenthum noch vorhanden gewesen/ sondern hernach erst durch euers Bruders Mühe und Fleiß aus dem Gut Magdala, und von seiner ansehnlichen Besoldung gewonnen und erlaget worden/ und an ietzo nach eures Bruders seel. Hintrit aus dieser Welt an Baarschafft befunden wird/ ihr Absehen und Gedancken gehabt/ etc. Als seynd auch mehrbesagte Legatarii, mit besagter Anweisung/ gestalten Sachen nach/ sich contentiren zulassen verbunden/ Von R. W. Et hæc sententia postea *mens. Decembr eodem anno* confirmata fuit, hisce formalibus: Weil obberührte/ nach euers Bruders seel. Hintrit/ befundene Baarschafft nicht bey Auffrichtung seines zuvor vorstorbenen Weibes auch seel. letzten Willen vorhanden gewesen/ noch von derselben herrühret/ sondern von ihren Ehejuncker den Hr. Marschalck hernacher aus dem Guth Magdala und von seiner an-

segnlichen Bestallung acquiret und gewonnen / deßwegen denn auff berührtes baar Geld die Frau Testirerin ihr Absehen nicht haben können: Als achten wir nochmals davor / daß vermöge unsers vorigen informatis dickermelte Legatarii mit den ihnen vermachten 6000. fl. sich an die bey der Herrschafft stehende Gelder / in Mangelung anderer von der Testirerin hinterlassenen Gelder / unnd Güter / weisen zu lassen schuldig / und sie sich an der von Marito verlassenen Baarschafft einiger Gerechtigkeit und mit Fug nicht anzumassen.

155 2. Præfata nostra assertio restringitur, ut licet alias in creditoribus hypothecariis prioritas temporis attendatur, attamen legatarius ratione juris hypothecæ, quod in bonis testatoris habet, non præferatur creditoribus testatoris, etiamsi simplices sint, & nudi chirographarii. *l. creditorib. 4. §. 1. & l. quoties. 6. in princ ff. de separationib. l. scimus. 22 §. etsi præfatam. 4. & §. seq. C. de jure delib. Ordinat. Judic. Magdeb. d. l. in verbis*: Auch sich dieses Rechtens ehe nicht gebrauche / biß zuförderst alle auff der Erbschafft hafftende Schulden bezahlt seyn. Absurdum enim esset, creditoribus jus suum persequentibus & de damno vitando certantibus legitimum auxilium denegari, legatariis verò, qui pro lucro certant, subveniri. *d. l. scimus. ult. § fin. v. 5. in fin.*

156 Deinde certi juris est, legata non nisi deducto ære alieno deberi. *§. ult. Instit. de l. Falcid. l. Papinianus. 8. §. quarta. 9. ff.*

157 *de inoffic. testam.* Ergò etiam legatariis non nisi solutis debitis jus hypothecæ competere potest. *Sichard. ad l. si decreto. 2. C. qui potior. in pign. hab. num. 8. Carpzov. ad d. Constit. 28. defin. 117. num. 4. & seq. Berlich. d. conclus. 67. num. 73. aliique ab ipso allegati.*

158 Et quod magis est, si hæreditas ad æs alienum solvendum non sufficiat, licentia creditoribus adversus legatarios conceditur, vel hypothecis, vel indebiti condictione uti, & ea, quæ acceperint legatarii, recuperare. *Beuther. d. tr. p. 1. cap. 14.*

Et

Et ita *in Scabinatu nostro mens. Septembr. Anno 1640. ad consultationem Præfecti* der Vogtey Brembach pronunciavimus: Daß nicht allein mehrbesagtes Vormächtnüß/wann es gleich sonsten seiner formalien wegen für beständig erachtet werden könte/sondern auch zuvorhero beschehene. Vereusserung etzlicher anderer Güter allerdings für unkräfftig zu halten/dahero dann so wol der Pfarrer / als Philip Lorbeer aus der posseß nit unbillich wiederum gesetzet/beyde ihnen vermachte stück samt vorigen verkaufften äckern darauff zusammen gebracht/und so dann verkauft/auch die Gläubiger nach iedweders prioritätischen Rechten/so weit das Kauffgeld hinlanget/darvon bezahlt werden. Secus verò est, si ex aliis bonis hæreditariis satisfieri possit creditoribus. *Beuther. d.cap. 14.* ubi ait: Wann das Erbe gnunsam ist/so können sich die Creditores hinwieder auch nicht beschweren/daß ihnen die Legatarii in re legata vorgezogen werden / quia illi habent actionem adversus hæredem *l. fin. ibiq. gloss. C. de hæreditar. actionib.* Plures limitationes refert *Negusant. d.l. n. 158. & seqq.*

VII. Jus tacitæ hypothecæ competit filiabus in feudis 159 pro educatione & elocatione. Licet enim filiæ à successione feudorum, propter sexus imbecillitatem aliasque rationes regulariter arceantur, & excludantur, *cap. §. hoc a.3. de his qui* 160 *feud. dar. poss. c. 1 §. filia. 2. de success. feud. c. 1. §. ad filias. de success. fratr. vel grad. succed. in feud. Schrader de feud. part. 7. cap. 4. rubr. de success. descendent. fæmin. n. 1. Borcholt. de feud. c. 7. conclus. 15. n. 5. & conclus. 31. n. 1. Jul. Clar. recept. sentent. lib. 4. §. feudum. quæst. 73. num. 7. Bocer. de success. feud. cap 3. q. 3. & p. 2. class. 5. th. 18. th. 19. lit. a. Obrecht. tr. feud. lib. 2. cap. 14. num. 1.* In quo cnncordat *Jus Saxonic. feudale*, uti patet *ex art. 2.* Lehnr. *in princ. ibi.* Pfaffen und Frauen/*junct. artic. 6. & 21. Schneidew. in Epitom. feud. c. 2. n. 15. Georg. Schultz. in tr. feud. c. 8. n. 46.* De natura enim 161

feudi est, ut ad masculos pertineat. *d. c. un. de success. feud. amitt.*
162 *& c. un. de success. fratr.* Et licet feudum concessum sit masculis & fœminis, masculi tamen in successione feudi præferuntur, & fæminæ non nisi deficientibus masculis admittuntur. *c. un. de feud. fæmin. Hartmann. Pistor. p. 2. quæst. 35. num. 2. & seqq. Carpzov. p. 3. constit. 28. defin. 13. Georg. Schultz. d. tract. c. 3. num.*
163 *46.* Et hæc assertio, quod filiæ regulariter in feudo non succedant, extenditur, ita ut iis etiam legitima non debeatur, nisi ex feudo novo. *Hartmann. Pistor. part. 2. quæst. 38. num. 34. & seqq. Jacob. Schultes in additionibus ad Modestin. Pistor. part. 3.*
164 *quæst. 122. num. 45. & seqq. Carpzov. part. 2. constitut. 46. defin. 24.*
165 Attamen feuda quoque tacitè sunt obligata, ita ut filiæ ex iis sint educandæ & elocandæ. Propterea educatio & elocatio filiarum inter onera feudi refertur. *Hartmann. Pistor. libr. 2. quæst. 37. num. 2. & n. 4. Modest. Pistor. p. 3. quæst. 122. ibique Jacob.*
166 *Schultes in addit. num. 33. Berlich. p. 3. conclus. 55. num 37. Carpzov. p. 2. constitut. 46. defin. 16* Et hoc verum est, ut non solum à patre, fratre, & quovis agnato vel successore feudi, verùm etiam à Domino, si forte ipsi feudum aperiatur, filiabus de alimentis & congrua dote ex feudo sit subveniendum & prospiciendum. *Hartmann. Pistor. d. quæst. 37. n. 1. ibiq. Simon Ulric. Pistor in addit. sub lit. b.* ubi hoc extendit ad illum, qui neque Dominus est, neque à Vasallo defuncto causam habet, adeò, ut con-
167 tra tertium possessorem filiabus competat actio subsidiaria in factum. *Hartmann. Pistor. d. quæst. 37. n. 9. Rosenthal. de feud. tom. 1. conclus. 47. n. 7. Schultes. in addit. ad d. quæst. 122. n. 33. & n. 86.* Sed hæc assertio est intelligenda eo in casu, quando filiæ ex bonis
168 hæreditariis commodam dotem non possunt consequi. *Hartm. Pistor. d. q. 37. n. 1. Côler. p. 1. dec. 28. & 213. Rauchb. p. 1. q. 38. n. 1.* Et ita *in Scabinatu nostro mens. Jul. Anno 1634. ad quæstionem* Hans Veiten von Thüna respondimus: Wofern die Erbschafft also

so beschaffen/daß die Schwester ihre Außstattung/Schmuck und Kleidergelder darauß der Gebühr nach haben kan: So wird sie solcher Forderung wegen aus besagter gemeiner Erbschafft nicht unbillich befriediget. Eodem modo *mens. Januar. Anno 1646. ad requisitionem* Wolff Hermans von Herda zu Brandenburg pronunciavimus: Woferne die Töchter davon ihren ehrlichen Unterhalt/ wie auch Ehe- Schmuck- und Hochzeitgelder haben und nehmen können: So seyd ihr ihnen solches/bey so gestalten Sachen/aus den Lehngütern zu geben nicht schuldig. Notandum etiam, quod fratres, aliique successores feudi filiabus vel sororibus ex feudo id, quod hæreditati deest, supplere teneantur, veluti *in Scabinatu nostro in prædicta causa* Hans Veiten von Thüna decisum fuit: In widrigen Fall/und do die Erbgüter zu Bezahlung dieser stück nicht zulangen solten/ist das übrige Hans Adam von Bernstett aus den Lehn angedeuter seiner Schwester abzutragen und zuersetzen schuldig. Eodem modo *mens. Octobr. Anno 1642. Balthasari* Ludwigen von Bendeleben respondimus. In Electoratu Saxoniæ verò debitum ad elocationem filiarum vel sororem contractum à successore feudi est persolvendum, uti patet *ex d. Novell. Constit. 46. in princ. ibiq. Carpzov. defin. 13.* Dos autem ex æquo & bono pro personarum ac feudi conditione, dignitate, aliisque circumstantiis, nec non consvetudine loci facienda, æstimanda & constituenda est. *Rosenthal. d. l. n. 2.* Si verò successores feudicum filiabus aut sororibus non possint convenire in quantitate dotis, ea arbitrio & moderationi Domini feudi committitur, veluti nonnullis Dd. autoritatibus & præjudiciis monstravi *in tract. meo de success. ab intestato sect. 1. de success. descendent. membr. 1. n. 34. & seqq. fol. 41. & seqq.* quo me brevitatis studio remitto. Notandum verò, quod filiæ atque sorores respectu dotis antea debitæ vel à patre legitimè constitutæ, post mortem patris, jure separationis, omnibus fratrem creditoribus

169 170 171 172 173

creditoribus sint præferendæ. *Ordinat. Judic. Elect. Saxon. tit. 45.* §. es trägt sich auch offt zu/ubi dicitur: Daß die Töchter/ woferne sie sich an den Erbgütern nicht zuerholen / auch in den Lehn ein solch Recht haben sollen/ daß sie alle das jenige/ was ihnen zu ihrer Außstattuug von ihrem Vater hero zustehet/vor allen andern Gläubigern / ob dieselbe auch gleich außdrückliche Vorpfändung auff das Lehn erlanget/befriediget werden/und sich derowegen an das Lehn/ ob es schon in 174 andere Hände kommen were/ halten mögen. In concursu autem creditorum filiæ, respectu dotis, omnibus paternis creditoribus postponuntur, illisque dos non debetur, nisi soluto ære alieno. *Rauchbar. d. quæst. 38. n. 49. Carpzov. ad d. constit. 46. defin. 17.* Et ita *in Scabinatu nostro mens. Octobr. Anno 1644. ad consultationem* des Gerichtshalters zu Schlöben judicavimus: Wann die creditores ingesamt vergnüget / unnd gleichwohl noch etwas übrig verbleiben solte: Würden alsdann den beeden Töchtern/Marthen und Catharinen/die geforderten Außstattungs Gelder nicht unbillich abgetragen/von R. W.

175 Plures casus, ubi tacita hypotheca locum habet, recensent *Negusant. d. l. Berlich. conclus. 67. aliiq. Dd. ibidem citati & relati.* De hisce etiam pluribus agitur *in Ordinat. Judic. Magdeburg. d. c. 50. membr. 3.* §. Unter solches privilegium &c. *usq. ad finem.*

CAPUT

SUMMARIA.

CAP. IV. SECTIO II.

De Creditoribus, expressam hypothecam habentibus.

1. De Creditoribus expressam hypothecam habentibus ubinam agatur?
2. Expressa hypotheca alia est conventionalis & privata.
3. Alia publica & judicialis.
4. In oppignoratione vel hypotheca constitutione respectus est habendus ad bona vel mobilia, vel immobilia.
5. Bona mobilia liberè & absque ulla solennitate vel judiciali autoritate possunt alienari & oppignorari.
6. Idem observatur in nominibus, juribus, atque actionibus personalibus.
7. An nomina, jura, & actiones referantur inter bona mobilia vel immobilia?
8. Nomina, jura & actiones in materia oppignorationis comparantur mobilibus.
9. Sub generali bonorum mobilium & immobilium hypotheca comprehenduntur nomina, jura, & actiones.
10. Bona immobilia vel sunt allodialia, vel feudalia.
11. Allodialia bona unde & cur ita dicantur?
12. Quomodo differant à bonis emphyteuticis, censiticis & feudalibus.
13. De bonis emphyteuticis & censiticis certus canon vel census annuus est præstandus. & propterea ea minoris æstimantur pretij.
14. Bona feudalia speciem servitutis habent.
15. Bona in dubio præsumuntur allodialia & libera.
16. Qui rem aliquam ab alio tanquam allodialem possessam pro feudali venditat, suam intentionem probare tenetur.
17. Bona in dubio pro allodialibus tenentur, licet à vasallo quondam ultra triginta annos feudo sint incorporata & unita.
18. Neque incorporatio, neque sola patrisfam. destinatio aut conventio ad feudi constitutionem sufficit, sed expressa domini feudi investitura requiritur.

19. *Secus est, si præscriptio accesserit.*
20. *Prædicta assertio procedit, si constet, rem aliquam à domino cum principali feudo non esse concessam in feudum, sed alio titulo à vasallo acquisitam & feudo adjectam.*
21. *Hæc assertio limitatur 1. si contrariæ præsumptiones adsint, quod res sit feudalis.*
22. *Hæc limitatio procedit, si major bonorum pars feudalis sit.*
23. *Major pars trahit ad se minorem, eademq; est ratio partis, quæ totius.*
24. *Prædicta regula limitatur 2. si quis actoris personam repræsentet, & se in qualitate hac fundet, quæ à reo negatur.*
25. *Actor qualitatem, quam intendit, & in qua se fundat, probare tenetur.*
26. *Bona immobilia ad usum feudi destinata à feudo non sunt separanda.*
27. *In dubio prædium feudo unitum atq; à Domino cum principali feudo concessum in feudum, præsumitur feudale.*
28. *Præfata regula limitatur, 3. quando vasallus de re aliqua fuit investitus.*
29. *Prædium pro feudali habetur propter investituram primam, ubi cum consensu domini feudi allodialia annumerantur feudalibus, si quæ emat vasallus ad augenda feudalia.*
30. *Prædicta regula limitatur 4. quando quis confitetur, se esse vasallum.*
31. *Confessioni statur in eo, quod confitenti nocet.*
32. *Si confessus quis sit, bona esse emphyteutica, & postmodum ea libera esse, dixerit, contra præcedentem suam confessionem non auditur, nisi libertatem ritè probaverit.*
33. *Prædicta regula limitatur 5. in fidelitate promissa, qua feudum præsumitur.*
34. *Quomodo feudum distinguatur ab emphyteusi & censu.*
35. *Ex solutione canonis vel annuæ pensionis emphyteusis vel census præsumitur.*
36. *Feudum verum annuam pensionem non recipit.*
37. *Si ex pacto pensiones præstantur, notissimi feudi termini exceduntur.*
38. *Emphyteusis hanc habet legem, ut de ea præstetur annua pensio, quæ canon vel vectigal dicitur.*

39. &

39. & 41 *Si pro feudo canon vel annua pensio præstanda est, contractus magis censualis vel emphyteuticus quàm feudalis censetur.*

40. *In hoc casu omnes hæredes ad successionem admittuntur.*

41. *Ex eo, quod de bonis canon vel census annuus solvitur, colligitur & præsumitur, quod ea non sint feudalia, sed emphyteutica vel censitica.*

42. *Ex eo solo quod prædium non dat canonem, neque censum, non sequitur, quod feudale sit.*

43 & 46. *De jure civili & Saxonico bona immobilia cum consensu domini vel Magistratus debent oppignorari, si creditor privilegium prælationis vult consequi, & ad tertiam classem referri.*

44. *Quænam sit differentia inter bona allodialia, emphyteutica & feudalia, quoad constitutionem hypothecæ?*

45. *Bona allodialia non nisi cum consensu Magistratus ordinarij possunt oppignorari.*

47. *Hæc assertio procedit, si res, quæ hypothecæ loco constitui debet, sit sub ejus jurisdictione sita.*

48. *Consensus judicis loci, in quo bona immobilia sunt sita, præcisè requiritur.*

49. *Si judex alius sit immediatus, alius mediatus, quæritur, cujus consensus in oppignoratione requiratur?*

50. *Si alii judici superior, alij inferior competat jurisdictio, non illius sed hujus consensus requiri debet.*

51. *Hæc assertio procedit in bonis emphyteuticis & aliis similibus.*

52. *Concurrentibus domino directo & domino jurisdictionis, in concursu creditorum ille præferendus est, in cujus debitum judex jurisdictionis consensit.*

53. *Hypotheca judicialis omnibus aliis in judicio non contractis præponitur.*

54. *Si dominus directus non habet jurisdictionem, hypotheca coram eo constituta non potest vocari judicialis.*

55. *Non domino directo, sed domino jurisdictionis executio competit in bona oppignorata.*

56. *In Electoratu Saxoniæ & Archiepiscopatu Magdeburgensi quoad oppignorationem bonorum Emphyteuticorum & censiticorum utriusque domini tàm directi, quam jurisdictionis consensus conjunctim requiritur.*

57. *Judex pro consensu suo imploratus oppignorationi bonorum consentire tenetur, nisi justam recusandi caussam habeat.*

58. Tum demum jus hypothecæ expressæ respectu bonorum immobilium efficax est, si consensus judicis competentis accesserit.

59. Hac regula ampliatur 1. ut quicunq; hypothecam cum consensu judicis competentis habet, præferatur reliquis creditoribus hypothecam posteriorem habentibus.

60. Qui prior tempore, potior etiam est jure.

61. & 77. Prædicta regula ampliatur 2. ut hypotheca judicialis posterior præferatur extrajudiciali anteriori.

62. Ampliatur 3. ut consensus qualiscunq; sufficiat, sive verbis sive scriptis declaratus, modò de eo constet.

63. Ampliatur. 4. sive judex in loco judicii sive alio consensum dederit.

64. Ampliatur 5. ut consensus judicis requiratur tàm in hypotheca generali vel omnium bonorum, quàm speciali vel certæ alicujus rei immobilis.

65. In generali hypotheca omnia bona tàm præsentia quàm futura intelliguntur.

66. Secus est in feudo, quod sub generali hypotheca sine consensu domini non continetur.

67. & 70. Qualibet hypotheca judicialis, sive generalis, sive specialis sit, jus reale tribuit, eundemq; habet effectum.

68. 71. & 76. In hypothecis prioritas temporis attenditur, ita ut prior præferatur posteriori.

69. Contraria Dan. Molleri opinio, quod specialis hypotheca præponatur generali, impugnatur.

72. Creditor anteriorem specialem & generalem hypothecam habens, non potest in præjudicium posterioris creditoris æquè specialem hypothecam habentis, remissa speciali, uti generali, si illi ex speciali satisfieri queat.

73. Duplicem habens hypothecam, generalem & specialem, prius excutere debet specialem, antequam utatur generali.

74. Hæc assertio limitatur, si in hypotheca anteriore adjecta sit clausula, quod specialitas generalitati derogare non debeat.

75. Creditor hypothecarius in concursu non potest agere in alterius præjudicium & excutere hypothecam ab alio possessam nisi in subsidium.

76. & 77. Hypotheca publica & judicialis posterior præfertur extrajudiciali & privatæ anteriori.

79. Hæc

78 *Hæc assertio procedit, licet anterior hypotheca extrajudicialis coram Notario & testibus sit constituta.*

79. *Hypothecam habens extrajudicialem & privatam præfertur saltem chirographariis.*

80. *Hypothecam habens judicialem posteriorem præfertur extrajudiciali priori, licet debitor juratò promiserit, se deinceps bona sua nulli alii oppignoraturum.*

81. *Præfata regula ampliatur 6. ut etiam inter mercatores non valeat oppignoratio bonorum immobilium, nisi cum consensu Magistratus.*

82. *Ampliatur 7. in Nobilibus & personis illustribus, quæ bona sua immobilia non nisi in judicio oppignorare possunt.*

83. & 90. *Secus est si subditus bona sua Magistratui suo oppignoret.*

84. *Ampliatur 8. ut licet creditor bona possideat, illisq; jure antichreseos utatur, bona tamen cum consensu judicis ad consequendum jus reale & prioritatis effectum oppignorari debeant.*

85. & 87. *Ampliatur 9. in annuis reditibus.*

86. *An annui reditus inter bona mobilia vel immobilia referantur?*

88. *Creditores, hypothecam judicialem habentes, ad tertiam classem creditorum referuntur.*

89. *Regula, quod bonorum immobilium oppignoratio non nisi cum consensu Judicis valeat, procedit saltem in concursu plurium creditorum.*

90. *Prædicta regula limitatur 1. in subdito, qui bona sua ipsimet judici sine consensu superioris oppignorare potest.*

91. *Limitatur 2. in debitore ipso, ejusq; hæredibus, qui non possunt impugnare hypothecam sine consensu judicis constitutam.*

92. *Nemo factum suum impugnare potest.*

93. *Hæres non plus juris habet quàm defunctus.*

94. *Hæres factum defuncti præstare tenetur.*

95. *Præfata regula limitatur 3. in creditore consensum judicis impetrante, quo casu in concursu creditorum oppignoratio non subsistit.*

96. *Debitor consensum judicis petere tenetur.*

97. *Sufficit tamen, si Magistratus in obligationis instrumentô rogatus sit, ut in oppignorationem bonorum consentiat.*

98. *Ergò præsentia debitoris non præcisè requiritur, sed ejus voluntas & intentio attendi debet.*

99. *Mens contrahentium optimè ex scriptura cognosci potest.*

100. *Prædicta regula limitatur 4. in re vendita in qua ante ejus traditionem venditor sibi hypothecam reservavit, donec integrum pretium ipsi sit solutum.*

101. *Hoc casu hypotheca subsistit citra judicis consensum & auctoritatem.*

102. *Prædicta regula limitatur 5 in consensu ad certum tempus præstito, quo elapso consensus extinguitur.*

103. *Consensu extincto, jus hypothecæ expirat.*

104. *An & quatenus consensus vel jus hypothecæ per lapsum temporis tollatur?*

105. *Si prorogatio consensus ad aliud tempus sit impetrata, eo tamen elapso consensus iterum tollitur.*

106. *Permissum ad tempus, post illud prohibitum censetur.*

107. *Hæc assertio maximè procedit, si consensui ad certum tempus præstito clausula cassatoria vel annullatoria fuerit adjecta.*

108. *Secus est, si clausula reservatoria consensui sit inserta.*

109. *Idem dicendum est, si utraq; clausula, tàm cassatoria, quàm reservatoria consensui fuerit inserta.*

110. *Creditori de damno vitando certanti, suumq; repetenti, magis quàm debitori succurrendum est.*

111. *Quæritur, quid juris sit, si debitor indefinitè bona sua obligarit, & consensus absolutè datus?*

112. *Locatio ad certum tempus facta, eo elapso, censetur tacitè renovata.*

113. *Jus hypothecæ durat, si creditor statim finito tempore consensui inserto debitum exegit, actionemq; hypothecariam contrà debitorem instituit.*

114. *Mora debitoris non nocet creditori.*

115. *Prædicta regula limitatur 6. ut consensus duret, licet creditor majoris securitatis gratia fidejussores acceperit.*

116. *Jura vigilantibus scripta sunt, negligentibus autem non subveniunt.*

117. *Creditori nihil imputari potest si jure suo usus sit.*

118. *Prædicta regula limitatur 7. in parte debito soluta, quo casu oppignoratio subsistit pro residuo.*

119. *Pignoris vel hypothecæ constitutio durat, donec integrum pretium fuerit solutum.*

120. Jus

120. *Jus hypothecæ extinguitur, si creditor in alienationem pignoris consentiat.*
121. *Idem dicendum de muliere, si firmiter & ritè consenserit in alienationem bonorum oppignoratorum.*
122. *Creditor non consentiens in alienationem, jus hypothecæ retinet, licet sciat, rem sibi oppignoratam alienari.*
123. *Prædicta regula limitatur 9. in ædificio ab alio extructo, ad quod jus hypothecæ non extenditur.*
124. *Oppignoratio à debitore in præsentia duorum aut plurium testium constituta, in concursu creditorum non habet effectum judicialis hypothecæ.*
125. *Creditor hypothecam in præsentia testium constitutam habens, chirographariis tantùm præponitur.*
126. *Creditor habens chirographum publico sigillo munitum, sed absq; constitutione hypothecæ, inter chirographarios refertur.*
127. *Dominus feudi instrumentum obligationis, cui annexa est oppignoratio, confirmans, non censetur consentire in oppignorationem.*
128. *Hypothecam habens judicialem, eam alii absq; novo judicis consensu cedere aut pignori dare potest.*
129. *Secus est in bonis feudalibus, ubi novus domini consensus requiritur.*
130. *Pignus rerum mobilium extrajudiciale anterius præfertur judiciali posteriori.*
131. *Judice ob justam caussam recusante confirmationem privatæ hypothecæ vel consensum creditor ex fructibus bonorum privatim oppignoratorum debitum exigere potest, sed hypothecariis judicialibus postponitur.*
132. *De jure civili privata tantum hypotheca anterior postponitur publicæ.*
133. *Si omnes creditores privatam habent hypothecam, eodem jure gaudent.*
134. *Prior tamen hypotheca privata præfertur posteriori privatæ.*
135. *Consensus Domini feudi ab aliquo post concursum Creditorum impetratus non attenditur.*
136. *Licet creditor judicialem habeat hypothecam, alio tamen remedio uti & contra debitorem personalem actionem intentare non prohibetur.*
137. *Hypotheca saltem pro assecuratione creditoris constituitur, & pro accessione obligationis principalis habetur, eamq; non tollit, sed confirmat.*

138. Bona

138. *Bona emphyteutica & censitica vel censualia quomodo inter se differant?*

139. *Quomodo ritè & firmiter prædicta bona possint oppignorari, & cujusnam consensus in eorum oppignoratione requiratur?*

140. *Ad oppignorationem bonorum feudalium requiritur 1. consensus Agnatorum.*

141. *Vasallus non potest feudum sine consensu Agnatorum, in eorum præjudicium alteri oppignorare.*

142. *Omnis dispositio de feudo, ejusq; alienatio & oppignoratio est vasallo prohibita.*

143. *Qui actionem ad rem recuperandam habet, [illegible] rem habere videtur.*

144. *Vasallus utile tantum dominium habet in feudo donec vivit.*

145. *Ad oppignorationem bonorum feudalium requiritur 2. consensus domini feudi.*

146. *Sine consensu domini feudi & in ejus præjudicium bona feudalia nec in totum nec pro parte oppignorari possunt.*

147. *Factum vasalli domino non consentienti non obest.*

148. *Cur in constit. Elect. Sax. 46 pag. 2. quoad feudi oppignorationem saltem fiat mentio Agnatorum, & non domini feudi?*

149. *Cujusnam domini, an mediati vel superioris, an immediati vel inferioris consensus in oppignoratione sub feudi requiratur?*

150 *Opinio illorum refertur, qui superioris domini consensum requiri statuunt.*

151. *Alia opinio adducitur, quod utriusq; domini consensus sit necessarius.*

152. *Quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari.*

153. *Hæc sententia probatur quoad eum effectum, ut feudo aperto oppignoratio subsistat, & dominus superior ex suo consensu ad exsolutionem debiti obligetur.*

154. *Ea deniq; sententia approbatur, quod domini immediati consensus sufficiat ad oppignorationem subfeudi.*

155. *Subvasallus à proximo domino investiri solet, eique ad fidelitatis, jurisjurandi, & servitiorum præstationem obstrictus est:*

156. *Vasallus mei vasalli non est meus vasallus.*

157. *Subvasallus domini sui immediati consensum in oppignoratione subfeudi requirere tenetur.*

58. *Feudum sine domini feudi consensu potest subinfeudari.*

159. Re-

159. *Regula, quod in oppignoratione feudi consensus domini & Agnatorum simul requiratur, ampliatur 1. licet quis ad emptionem feudi pecuniam mutuo dederit.*
160. *Cur in Ordinat. Judic. Elect. Sax. aliud sit constitutum in bonis allodialibus?*
161. *Constitutiones statutariæ sunt strictè intelligendæ, ita ut non trahantur ad casus speciales in jure communi decisos.*
162. *Jus commune sine expressa ejus mentione non corrigitur per jus statutarium.*
163. *Prædicta regula ampliatur 2. ratione pretij in feudo vendito, pro quo non valet oppignoratio sine consensu domini feudi.*
164. *Prædicta regula ampliatur 3. si quis hypothecam in feudo cum consensu Domini impetratam alteri cedere vel pignori dare velit.*
165. *Hæc assertio etiam procedit, licet priori creditori potestas data sit, pignus alienandi, in quemcunq; voluerit.*
166. *Consensus domini strictissimi juris est, & ad certam causam datus, vel ad certam personam restrictus, non potest extendi ad aliam causam vel personam.*
167. *Prædicta regula ampliatur 4. in hypotheca feudi cum consensu domini jurisdictionali constituta.*
168. *In oppignoratione feudi domini feudi consensus necessariò requiritur.*
169. *Hæc assertio etiam locum habet in Nobili Ambtsassio, qui à principe feudum immediatè recognoscens, tenetur requirere ejus consensum.*
170. *Oppignoratio bonorum feudalium absq; domini feudi consensu facta ipso jure nulla est.*
171. *Prædicta regula ampliatur 5. quod licet Dominus feudi obligationem, cui oppignoratio feudi est inserta, confirmaverit, adhuc tamen ejus consensus requiratur.*
172. *Confirmatio nihil novi dat.*
173. *Consensus in oppignoratione feudi expressis debet fieri verbis.*
174. *Hæc tamen assertio limitatur, si alicui certa hypotheca in obligatione sit promissa, & consensus posteà à Domino feudi petitus, quo casu subsecuta ratificatio Domini feudi sufficit.*
175. *An Dominus qui super sorte consensum dedit, censeatur consensisse etiam in usuras?*
176. *Consensus est strictissimè accipiendus.*

177. *Usura propter moram debentur.*
178. *Mora species debiti esse reputatur.*
179. *Mora debitoris non debet nocere alteri.*
180. *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*
181. *Consensus assumit naturam contractus, super quo interponitur, & comprehendit omnia ea, quæ ex natura contractus veniunt.*
182. *Si expresso pacto nomine ejus, quod interest, aliquid fuerit promissum, & hoc à sorte separatum, tunc consensus Domini super sorte tantum præstitus ad usuras non potest extendi.*
183. *Præfata regula ampliatur 6. ut, licet in feudo quis privatam sit consecutus hypothecam, illudq; per aliquot annos possederit, & ex eo fructus perceperit, ille tamen creditor sit præferendus, qui cum consensu Domini posteà hypothecam impetravit.*
184. *Prædicta regula limitatur 1. in feudo, quod Vasallus ipsi domino absq; consensu & auctoritate superioris pignori dare potest.*
185. *Limitatur 2. ut dominus feudi ad exsolutionem æris alieni, in quod consensit, feudo sibi aperto teneatur, licet Agnatorum consensus deficiat.*
186. *Agnatorum consensus saltem pro accessione aliqua habetur, & requiri solet, ut Agnati juri suo renuncient, & hypothecam non impugnent.*
187. *Feudum cum onere legitimè imposito ad Dominum transit.*
188. *An Dominus feudi teneatur, si in oppignorationem consensit cum clausula: salvo suo jure.*
189. *Prædicta regula limitatur 3. ut Agnatus & simultaneè investitus ad solutionem debiti, ad quam se expreßè obligavit, teneatur, licet Dominus feudi non consenserit.*
190. *Secus est, si solutionem non promisit, sed solùm in feudi oppignorationem consensit.*
191. *Quomodo differat consensus simplex seu permissivus à dispositivo & obligatorio?*
192. *Vasallus non ex illo sed hoc tantum consensu ad solutionem debiti adstringitur.*
193. *Subscriptio confessionem & approbationem omnium in subscripta obligatione contentorum operatur.*
194. *Subscribens ita efficaciter obligatur, ac si totam schedulam subscripserit.*

195. Hæc

195. *Hæc tamen intelligendæ sunt de scriptura ipsius principalis non de alia.*

196. *Subscriptio varias ob causas fieri potest, quandoq; in signum simplicis consensus, vel testimonii, vel præstandæ auctoritatis, vel confirmationis.*

197. *Subscriptio varios operatur effectus.*

198. *Agnatus, cui feudum est oppignoratum, si simpliciter in alterius obligationem consenserit, sibi non præjudicat, nec jus pignoris sui remisisse, verùm ut Agnatus consensisse intelligitur.*

199. *Prædicta regula limitatur 4. in oneribus feudi, quæ ipsi feudo ita adhærent, ut ad quemcunq; possessorem transeant.*

200. *Onera feudi ab ipsa lege feudo imponuntur, ipsiq; annexa sunt, & ita successores obligant, licet illorum consensus deficiat.*

201. *Quomodo differant onera feudi ab aliis debitis cum consensu domini ritè contractis.*

202. *Prædicta regula limitatur 5. in fructibus feudi, qui inter allodialia referuntur bona.*

203. *In concursu creditorum illi, quibus feudum expreßè cum consensu domini feudi est oppignoratum, licet posteriores sint, aliis hypothecariis præferuntur.*

204. *Hæc assertio procedit tàm in sorte, quàm usuris.*

205. *Prædicta regula limitatur 6. si feudum alicui expreßè concessum sit cum potestate oppignorandi vel alienandi, quo casu consensus domini feudi non requiritur.*

206. *Vocabulo alienationis etiam pignoris vel hypothecæ constitutio comprehenditur.*

207. *Ex investitura feudi ejus lex & natura desumi potest.*

208. *Conventio inter dominum & vasallum facta ipsam feudi naturam mutare potest.*

209. *Si feudum alicui concessum sit eo pacto, ut possit de eo facere, quicquid velit, tunc illud continet tacitè hanc clausulam: secundum jus & consvetudinem feudi.*

210. *Ut vasallus absq; novo domini feudi consensu feudum oppignorare possit, requiritur, ut anteà ei expreßè hæc potestas fuerit concessa.*

211. *Libera potestas alienandi alicui data non transit ad hæredes, nisi expressa eorum facta fuerit mentio.*

212. *An Dominus feudi vel Magistratus, oppignorationi bonorum consentiens, conveniri possit, quando bona debitoris non sufficiunt?*

IN præcedente sectione diximus de iis creditoribus, quibus ex auctoritate & provisione legis tacita hypotheca competit. Cum autem in sæpiùs allegata *Ordinat. Judic. Elector. Saxon.* sequatur *titulus 46.* Von der außdrücklichen Vorpfändung / eandemque nos hactenus observaverimus: propterea *in hac* 1 *sectione 2.* acturi sumus de creditoribus, qui expressa gaudent 2 hypotheca. Et hæc modò conventionalis atque privata vocatur, quia per expressam obligationem vel inter præsentes, vel per scripturam inter absentes constituitur. *l. contrahitur. 4. l. creditor. 21. §. 1. l. Paulus. 29. in pr. & l. pen. ff. de pignorib. l. Titius. 34. ff. de pignor. act. l. cum constet. 2. C. quæ res pign. oblig.* 3 *poss.* Modò publica & judicialis, quia auctoritate publica vel consensu Magistratus constituitur, vel à Magistratu confir-4 matur *Novel. Elect. August. constitut. 23. p. 2.* In oppignoratione verò vel hypothecæ constitutione respectus est habendus ad bona, quæ triplicia potissimùm sunt, mobilia, immobilia & nomina. Mobilia 1. quod attinet, illa liberè & absque 5 ulla solennitate, vel judiciali autoritate, *tàm de jure civili, quàm Saxonico*, alienari & oppignorari possunt. *Novell. Elect. August. constit. 23. p. 2. §. ult.* ubi dicitur: Fahrnus und bewegliche Güter/derer einer mächtig / mag einer auch auff Sächss. Boden/ ohne dergleichen insinuation, Jemandes zum Unterpfande

pfande wohl verschreiben. *Dan. Moller. ad d. constitut. Elector. 23. p. 2. n. 36. & seq.* ubi ita *Lipsiæ & Witteberge*, nec non *in Aula Electorali* pronunciatum fuisse refert. Et nonnulla præjudicia recenset *Berlich. p. 2. conclus. 29. n. 16. & seq.* Idem expressè constitutum est *in d. tit. 46. in pr.* hisce formalibus: Weil fürnemlich dreyerley Güter seynd / als Bewegliche / Unbewegliche / und Schulden / So wird es auch mit Vorpfändung derselben / wañ die beständiger weise geschehen soll / unterschiedlich gehalten / denn was die beweglichen Güter oder fahrende Haab anlanget / können solche von dem / welchem sie zugehören / seiner Gelegenheit nach / ohne einige solennitet, beständiglich wohl vorpfändet werden.

2. Idem observatur in nominibus, juribus atque actionibus personalibus, quæ tàm de jure civili, quàm Saxonico privata auctoritate, absque consensu Magistratus, oppignorari possunt. *Dan. Moller. ad d. Constit. Elect. 23. n. 36. & ult. ibiq; Carpzov. defin. 7.* Quamvis enim nomina, jura, & actiones per se neque inter mobilia neque immobilia referantur, sed tertiam bonorum speciem constituant. *l. quum Tuberonis. 7. §. in peculio. 4. ibiq; Gothofred. in not. sub lit. O. ff. de pecul.* Pro diversitate tamen rerum, ad quas competunt, vel mobilibus vel immobilibus accensentur bonis. *Jacob. Schultes. in additionib. ad Modestini Pistoris quæst. 124. part. 3. n. 17. Carpzov. p. 3. constit. 23. defin. 8. n. 7. Berlich. p. 3. conclus. 33. n. 5.* Et ita in nostra oppignorationis materia mobilibus comparantur, veluti apparet *ex d. Ordinat. Judic. Elect. Sax. tit. 46.* §. Ferner die nomina, ubi dicitur: Die nomina oder aussenstehende Schulden belangendt / hat es keinen Zweiffel / daß dieselben quoad actionem personalem, und so weit sie auff persöhnlichen Zusprüchen stehen / ohne solennitet, so wohl als die fahrende Haab vorpfändet werden können. Idem mobilib9

6

7

& nominibus cautum est *in Ordinat. Judic. Magdeburg. cap. 50. membr. 3.* §. Weil denn nach Sachsen Recht &c. ibi: Es betreffe dann fahrende Haab / bewegliche Güter / und aussenstehende Schulden / die ohne solennität beständig verpfändet oder ohne fernere insinuation cediret werden. Ita quoque sub generali
9 bonorum mobilium & immobilium hypotheca comprehenduntur nomina, jura & actiones, *Arius Pinell. in rubr. C. de bon. matern. p. 1. n. 29. Berlich. p. 2. conclus. 29. num. 22.* Idemque *in d. Ordin. Judic. Elect. Saxon. tit. 46.* §. Nach dem aber / expresse constitutum est, hisce formalibus: Nach dem aber auch bey Vorpfändung der Schulden offtmahls Zweiffel fürfället / wann einer in gemein alle seine Güter / beweglich und unbeweglich / hypothecirt, ob auch solches auff die Schulden / als die sonsten vor eine sonderliche speciem bonorum geachtet werden / zuverstehen / und aber ihr wenig diesen Unterscheid so genau in acht zunehmen pflegen / sondern vielmehr eines jedern / der sich also versichern lässet / Sinn und Gedancken dahin gerichtet / wie er uff alle seines Schuldners Güter ein Pfandrecht erlange. So wollen wir / daß dergleichen gemeine Verpfändungen / ungeachtet / daß darneben der beweglichen und unbeweglichen Güter gedacht worden / auch auff die Schulden verstanden werden sollen.

10 3. Immobilia bona. Et hæc sunt vel hæreditaria,
11 aliàs allodialia dicta, ab allodio, quod proprium cujusq; liberi hominis patrimonium vocatur, de cujus determinatio-
12 ne plura refert *Besold. de statu Reipubl. subalterno. fol. 90.* Et hæc aliàs libera nominantur, ad differentiam bonorum
13 emphyteuticorum & censiticorum, (de quibus certus canon vel pensio vel annuus census præstandus est, & hanc ob causam hæc minoris pretii æstimari solent. *Berlich. p. 2. conclus. 83. n. 65. Hartmann. Hartmann. observat. lib. 2. tit. 52. obs. 1. n. 2. Myn-*
14 *sing. cent. 3. obs. 65. Hartm. Pistor. observ. 95.*) Et maximè feudalium

dalium, quæ servitutis speciem habent. *Gail. 2. observ. 69. num. 5. Carpzov. in Jurispr. Romano-Saxon. p. 1. constit. 27. defin. 7. n. 2.* Et hîc notare lubet, bona in dubio præsumi allodialia, quia quælibet res regulariter libera censetur. *Gail. d. obs. 69. n. 4. Hartm. Pistor. part. 2. quæst. 39. n. 2.* Propterea etiam si quis rem aliquam tanquam allodialem possideat, quam alius pro feudali venditet, non illi sed huic probatio incumbit, *Carpzov. ad d. constit. 27. defin. 9.* Et ita *in Collegio nostro mens. Majo, Anno 1609. ad requisitionem Joachimi* Bernhards von Rohr decisum fuit: Dieweil quævis res in dubio allodialis, und in den Lehnbrieff der streitigen Badewiesen / Langewiesen / Schreiberwiesen / und Wellengrund mit keinem Wort gedacht wird / sondern allein der Claußwiesen und Hemmersdorfferwiesen / als sind solche streitige Wiesen für Erbstück zu achten / und Jost von Wellens hinterlassene Witbe / biß so lang ihr es außführet / daß solche zum Lehen gehören / und ihr damit beliehen worden / zu schützen / Von R. W. 15 16

Et prædicta assertio ampliatur, ut bona pro allodialibus habeantur, licet ea ab aliquo Vasallo ultra triginta annos feudo sint incorporata & unita, quia neque incorporatio neque sola patrisfam. destinatio, aut conventio ad feudi constitutionem sufficit, sed specialis & expressa Domini feudi investitura requiritur, sine qua prædium naturam allodii non mutat, nec feudale fit, *Matth. Cöler. p. 1. decis. 219. Hartmann. Pistor. d. p. 2. quæst. 42. num. 45. Carpzov. p. 3. constit. 30. defin. 11. & seq.* qui tamen *n. ult.* hanc extensionem limitat, si præscriptio accesserit. Et ita *Antecessores nostri venerandi, secundum Cöleri sententiam, mens. Januar. Anno 1629. Johanni* Hölzern zum Hartenstein responderunt: Wann gleich des Titii Vater etliche Bauergüter vor etzlich und dreissig Jahren gekaufft / welche in dem zum Lehnguth gehörigen Dorff Langebach 17 18 19

bach gelegen/wann auch gleich solche Güter 30. Jahr zum Lehn gebraucht / und von denselben Unterthanen die Frohne bestellet worden: Dennoch woferne dieselbe Güter im Lehnbrieff nicht nahmhafft noch zu Lehn gemacht worden / und doch unleugbar / daß des Titii Vater/als er allbereit das Lehngut gehabt/solche Güter gekaufft/daß also ad originaria pertinentia illius feudi die angezogene Bauergüter nicht gehörig / und in dubio zu præsumiren, daß Käuff r solche in Streit gezogene liegende Gründe als ein Eigenthumbsherr / und nicht als ein Lehnmann innen gehabt/auch dessen hinterlassener Sohn dieselbe ebener Gestalt besitze / zu dem destinatio patrisfam. und Gebrauch der Bauergüter zum Lehnguth nicht genugsam/daß dieselbe deßhalben die Art und Eigenschafft des Lehnguths an sich nehmen und bekommen: So sind offtgedachte Bauergüter zum Erbe gehörig/und darvon nicht abzusondern/Von R.W. Vid. *Menoch.lib.3.præsumpt.99.n.6. & Schrader. de feud.2.part. 9 princ.sect.2.quæst.5.n.14.& sect.4. quæst.7.n.7.*

20 Et hæc assertio locum habet, quando constat, rem aliquam à Domino cum principali feudo non esse concessam in feudum, sed alio titulo à Vasallo acquisitam & feudo adjectam fuisse. *Schrader.2.part.9.princ.sect.2.quæst.5.n.15.*

21 Hæc verò assertio limitatur, 1. si contrariæ præsumptiones adsint, quod scil. res sit feudalis, tunc enim talis præsumitur. *Alexand. conf.88. vol.1. Dec.conf.470. Carpzov.p.1. constit. 27.defin.7.n.3.* e. g. si major bonorum pars feudalis sit. *Mascard. vol.1. conclus.79. n.13. & 17.* Major enim pars trahit ad

22 se minorem, eademque est ratio partis, quæ totius. *Gail. d. observ.69.n.6.* Et ita *Scabini Hallenses Anno 1609.* pronunciarunt: Ob wohl zu recht ein jedes Gut viel mehr für Erbe als für Lehn zu præsumiren und zu achten/auch vorgesetzte Wiesen in dem uns zugeschickten Lehnbrieff nicht in specie exprimiret:

Dieweil aber die Wellische außgebetene und nunmehr eröffnete Güter meisten Theils/und zwar das Häuptguth Männlich Lehen ist. Als werden auch die abgesonderte und in dem Bezirck gelegene particular Güter an Wiesen und sonsten umb so viel mehr/weil Jobst von Weller / als der ultimus possessor in seiner Supplication, missiven, und übergebenen Anschlag dieselbe expresè durch Suchung eines consensus und implicitè durch designation des Orths und Erhöherung der Summen selbst für Mänlich Lehnguth geachtet/so lange/biß vom Gegentheil ein anders außgeführet/nicht unbillich als Lehn gehalten/ und ihr Krafft erlangter investitur von der hohen Obrigkeit dabey manutenirt und geschützet. Eodem modo JCti Helmstadienses in hoc casu die 24. Martii, Anno 1609. responderunt.

2. Licet in dubio quælibet res allodialis præsumatur, hoc tamen fallit, si quis actoris personam repræsentet, & se hac in qualitate fundet, quæ tamen à reo ipsi negatur. Actor enim non obstante præsumptione, quam pro se habet, tenetur qualitatem, quam intendit, probare. *Matth. Cöler. de process. execut. p. 2. c. 2. n. 85.* Et ita *in Collegio nostro mens. Jan. Anno 1613. ad consultationem* Hans Ernst Boßen uff Groß und klein Sahra responsum fuit: Als ihr uns berichtet / daß die Wiese/welche von Hans Christoph von Wolfframbsdorff zu Cösteritz den 11. Novembr. Anno 1610. dem Heinrich Ohem nach besage des Kauffcontracts sub lit. A. Verkaufft worden/ in die 115. Jahr beym Ritterguth Grossen Sahra gewesen/ auch von desselben Unterthanen mit Abhawung Hewes und Grumets/auch Dürr machen und Abführung desselben diese lange Zeit über demselben Lehnguth zum besten befrönet worden/daß auch nach solchem ihr von obgedachten den von Wolfframbsdorff das gantze Ritterguth Grossen Sahra mit allen Ein und Zugehörungen/nichts davon außgeschlossen/so wohl die ange-

24

25

deutete Wiesen / so nahmhafftig im Abschlag gesetzt / den 16. Decemb. Anno 1611. laut des Kauffbrieffs sub lit. B. erblichen gekaufft / und vermöge des Lehnherrn consens sub lit. C. in die Lehn empfangen / daß ihr auch ferner solche Wiese ietziger Zeit besitzet. Wann ihr dann hierüber unsere Rechtsberichtung gebeten / Demnach sprechen wir vor Recht: Ob wohl der Baur / Heinrich Ohem dawider angezogen / sein Kauff sey älter als euer / und habe durch denselben und darauff erlangte Belehnung eine beständige possession erlanget / darauß er sich ohne Erstattung seiner bezahlten Kauffgelder nicht entsetzen liesse / vornemlich weil er sich an seinen in Kauffbrieff verschriebenen Gewehrspfand / welches auch Lehn / nicht erholen köndte: Dennoch weil der Bauer nicht beweisen kan / daß offtgedachte Wiese ledig Guth / oder ein Erbstück / und daß dieselbe der vorige Inhaber absonderlich in Lehn genommen: So seyd ihr dem Baur sein außgelegt Kauffgeldt herauß zu geben nicht schuldig / sondern wird mit diesen seinem Suchen an seinen 26 Verkauffer nicht unbillich gewiesen / Von R. W. Pro hac sententia facit, quod bona immobilia ad usum feudi destinata non separentur à feudo, & in dubio prædium feudo uni-27 tum, atque à Domino cum principali feudo concessum in feudum præsumatur feudale. *Schrader. d. l.*

3. Prædicta assertio limitatur, quando Vasallus de re 28 aliqua investitus est, veluti *in Collegio nostro mens. Septembr. Anno 1610. ad informationem* Hans Georgen von Schleinitz zu Graubzigk responsum fuit: Woferne nicht allbereit ein legitimus possessor in denselben Lehn als ein Vasall eingewiesen / sondern nur allein unter den allgemeinen Kaintzischen Gläubigern verhandelt wird: So mögen sie uff euer Weib / Frauen Felicen und ihren Bruder Georg Dieterichen seel. den Beweiß / was Erbe seye / ex generali juris præsumtione nicht uffdringen.

dringen. Ita quoque prædium allodiale habetur pro feudali, propter investituram primam, ubi cum consensu Domini feudi allodialia annumerantur feudalibus, si qua emat Vasallus ad augenda feudalia. *Schrader. d. l. n.* 15. Et ita *in Collegio nostro mens. Mart. Anno* 1628. *Abrahamo* von Sebotendorff zu Breßlau responsum fuit: Hat in ersten Lehnbrieff Anno 1554. Primus acquirens bedinget / daß solche seine Lehngüter sampt Zu und Eingehörungen und was er künfftiger Zeit an obbemelten Gütern mit Erbawung oder Außkauffung der Mühlen / oder sonsten bessern würde / solche an seine Descendentes uñ folgends an die Vettern fallen solte / und hat er folgender Zeit eine Mühle / so wol 2. Wiesen / anderer Orth von Bauersleuten erkaufft / die zwar für sich selbst Erbe gewesen seyn / Er sie aber in seinem Anno 1585. verfertigten Testament zum Lehnguth geschlagen / allda sie biß nach absterben seines Nepotis, nemblich biß uff 1625. Jahr stets verblieben: So sind solche Mühlen und Wiesen vor Lehnstück und nicht als Erbe zu halten. 29

4. Limitatur prædicta assertio, quando quis confitetur se esse Vasallum, tunc enim talis præsumitur. *Jacob. de S. Georg. v. dictiq. Vasalli. Alciat. reg. 2. p. 3. n. 4.* Confessioni enim statur in eo, quod confitenti nocet. *Robert. Marant. in spec. part. 6. tit. de confeß. n. 27. Gail. 2. obs. 106. n. 2.* Ita quoque si quis confessus sit, & allegarit bona esse emphyteutica, postmodùm verò ea libera esse dixerit, contra præcedentem suam confessionem non auditur, nisi libertatem ritè probarit, veluti *Scabini Lipsienses mens. Octobr. Anno* 1568. Hansen von der Sahla zu Budissin responderunt: Es seynd die Leute zu Caßdau / so nunmehro fürgeben / als solten ihnen solche Güter erblichen zustehen / solche ihre gerümbte erbliche Gerechtigkeit zu erweisen schuldig. 30 31

33 5. Feudum præsumitur ex fidelitate promissa, quæ est forma feudi specifica, qua ab emphyteusi & censu distingui-
34 tur. *Wesenbec. de feud. c. 8. n. 19. in fin. Menoch. cons. 65. n. 42. &*
35 *cons. 391. n. 35. Ant. Quetta. cons. 11. n. 4.* Econtra ex solutione canonis vel annuæ pensionis emphyteusis vel census præsu-
36 mitur. Verum namque feudum annuam pensionem non recipit. *Alvar. Valasc. de jure emphyt. quæst. 32. circa fin.* Et si ex
37 pacto pensiones præstantur, notissimos excedit feudi termi-
38 nos. *Vultej. lib. 1. feud. c. 12. n. 9. in fin.* Emphyteusis verò hanc habet legem, ut Domino præstetur annua pensio, quæ canon dicitur, & olim vectigal. *Rittershus. in partit. feudal. c. 2. quæst. 2. Vultej. d. l. Valasc. quæst. 39. n. 1.* Et hæc pensio aliàs
39 vocari solet Pacht. *Cothmann. Consil. 42. n. 3. lib. 1.* Si igitur pro feudo canon vel annua pensio præstanda sit, contractus magis censualis vel emphyteuticus quàm feudalis judicatur.
40 *Valasc. d. quæst. 32. n. 35.* Et hoc in casu ad successionem omnes hæredes etiam extranei & fæminæ admitti debent. *Schrader. de feud. p. 7. c. 4. n. 56.* Et ita *in Collegio nostro mens. Decembr. Anno 1628. ad requisitionem Illustrissimi Ducis Pomeraniæ Bogis-*
41 *lai &c.* pronunciatum fuit. Notandum tamen hic est, ex eo quidem, quod de bonis canon vel census annuus solvitur, colligi & præsumi, quod non sint feudalia, sed emphyteutica
42 vel censitica: Econtra verò ex eo solo, quod prædium non dat canonem neque censum, non sequi, nec probari posse, quod feudale sit, veluti jamdudum *Scabini Lipsienses, Anno 1546. ad quæstionem* Frauen Margarethen von Wolfframbsdorff responderunt: Ob gleich Heinrich von Hayn seine Güter nicht vor Erbgüter/die da zinßbahr/sondern für Lehngüter angeben/ So seyd ihr doch von wegen eurer Söhne oder auch sie selbst nicht befugt/ seine Töchter mit That darauß zuentsetzen/ sondern wo ihr vermeinet in Rechten zuerhalten/ welches

damit

damit/ daß sie nicht zinßbahr/nicht zuerhalten/ wo nicht andere Anzeigungen mehr beweißlich: So möget ihr eure Klage ordentlicher Weise wider sie anstellen/ 2c.

Ut autem ad scopum nostrum revertamur, sciendum est, de jure civili & Saxonico requiri, ut bona immobilia cum consensu Domini vel Magistratus oppignorentur, ad eum sc. effectum, ut creditor privilegium prælationis consequatur, & ad tertiam classem referatur. *l. scripturas. 11. vers. fin. a. jus pignoris. C. qui potior. in pign. hab. Novell. Elect. August. constit. 23. p. 2. ibiq. Moller. n. 1.* ubi ita in judicando & respondendo olim quoque observatum fuisse refert, & *Carpzov. defin. 1. n. 2. & seq. Matth. Cöler. de processib. execut. p. 1. c. 10. n. 191. Berlich. p. 2. conclus. 29. n. 2. & seq. Köppen. decision. quæst. 46. n. 31. & seq.* Idem requiritur *in Ordinat. Judiciar. Magdeburg. cap. 50. membr. 3.* §. Weil denn nach Sachsen recht 2c. in verbis: weil denn nach Sachsen recht alle solche Arten / eine ausdrückliche hypothec auß unbeweglichen Gütern zuerlangen / vermittels gerichtlichen/und wenn es Erblehen oder Erbzins Güter betrifft/ zugleich mit des Lehnherrn consenß bestätiget werden müssen. 43

Hinc colligitur inter bona allodialia, emphyteutica, & feudalia, quoad constitutionem hypothecæ magnam esse differentiam. De bonis allodialibus hæc constitui potest regula, quod eorum oppignoratio non nisi cum consensu Judicis seu Magistratus ordinarii valeat, *Cöler. p. 1. decis. 17. n. 4.* Et ita *Scabini Lipsienses* responderunt: Woferne das Gut ein unbeweglich Gut ist: So habt ihr euch / alldieweil die obbemelte Verpfändung nicht vor Gericht geschehen / des gemelten Pfandes nicht anzumassen/ noch euch mit solcher Verpfändung zu recht zubehelffen/ V. R. W. Et hoc in casu, sc. quoad privilegiũ prælationis, jus civile convenit cum jure Saxonico, uti supra probavi- 44 45 46

bavimus. Atque ita *in Collegio nostro mens. Majo Anno 1619. Georgio* Grubern zu Leipzig responsum fuit: Ob wohl Johannes dem Philippo am 10. August. Anno 1613. seine Haab und Güter/liegend und fahrend/und dem Lucæ am 11. Septembr. vorpfändet: Dannoch dieweil Philip erst am 28. Septembr. Lucas aber am 11. Septembr. gemeltes Jahrs darüber E. E. Raths consens erlanget: So ist Lucas vor Philippen von des Johansen unbeweglichen Gütern zu befriedigen/etc. Quod autem 47 de judice ordinario diximus, procedit, si res, quæ oppignorari, vel hypothecæ loco constitui debet, sub ejus jurisdictione sita sit. *gl. ad libr. 2.* Landr. *art. 30. Cöler. d. decis. 17. n. 5.* Con-48 sensus enim judicis loci, in quo bona immobilia sunt sita, præcisè requiritur. *Ordinat. Judic. Elector. Saxon. d. tit. 46.* §. aber unbewegliche/ubi dicitur: Aber Unbewegliche Erbgüter sollen vermöge Landüblicher Sächs. Recht und obgedachter Constitution, vor der Obrigkeit und Gerichten/ darunter sie gelegen/vorpfändet/und daselbst insinuirt, oder Gunst darüber außgebracht werden/sonsten ist dergleichen Vorpfändung nicht kräfftig. *Hartm. Pistor. observ. 45. n. 1. Cöler. de process. execut. p. 1. c. 10. n. 191. & n. 203. Moller. ad d. constit. Elect. 23. n. 1.* Quan-49 quam verò judicialis sit hypotheca, sive judex immediatus, sive mediatus consenserit, per ea, quæ tradunt *Cöler. d. cap. 10. n. 206. & Hartmann. Pistor. d. observ. 45. ubi n. 2.* statuit, consensum Domini superioris circa oppignorationem bonorum adhibitum idem præstare, quod autoritas ac consensus judicis immediati seu inferioris efficere potest, & quidem ex illa ratione, quod superior dicatur habere jurisdictionem cum inferiore non privativè, sed cumulativè: hæc tamen assertio quoad privilegium prælationis non procedit, sed necesse est, ut consensus illius judicis, sub cujus jurisdictione bona immediatè jacent, impetretur. *Cöler. d. decis. 17. n. ult.*

&

& d. cap. 10. num. 204. Berlich. p. 2. conclus. 29. n. 66. Carpzov. d. constit. 23. defin. 20. ubi ad rationem *Hartm. Pistoris* respondet, ex illa non posse inferri, quod superioris consensus sit præferendus, cum ille notitiam non semper habeat bonorum coram judice inferiori oppignoratorum, ex qua tamen ratione consensus judicis in oppignoratione requiratur, per *Novell. Elector. Saxon. 23. p. 2.* §. und dieses hat vernünfftige Ursachen/ 2c.

50 Hinc sequitur, quod concurrentibus pluribus judicibus, quorum uni superior, alteri verò inferior jurisdictio competit, non illius, sed hujus consensus requiratur. *Carpz. d. l. defin. 21. n. ult. Berlich. d. conclus. 29. n. 69.*

51 Et hoc etiam procedit in bonis emphyteuticis, & hujusmodi similibus. Concurrentibus enim Domino directo, & Domino jurisdictionis, in concursu

52 creditorum præfertur ille, in cujus debitum judex jurisdictionis consensit, quia judicialis hypotheca omnibus aliis præpo-

53 nitur, quæ in judicio non sunt contractæ. *vid. infr. cap. 5. in fin.*

54 Si igitur Dominus directus non habet jurisdictionem, utique hypotheca coram eo contracta non potest vocari judicialis.

55 Accedit, quod etiam Domino jurisdictionis executio in bona pignorata competat. *Dan. Moller. lib. 1. semestr. cap. 20. & part. 2. Constit. Elector. 23. num. 34.* Et ita *in Collegio nostro Juridico mens. Jun. Anno 1622. ad requisitionem* Siegfrieds von Schönfeldt zu Groß Kochbergk pronunciatum fuit. Habt ihr an unterschiedenen Orten Zinß und lehnbahre Stück/ ein ander aber darüber die jurisdiction und Botmässigkeit. So nun euch daran weder die Nieder noch Obergericht zuständig: So ist der Gerichtshalter auch ohne euern Vorbewust darüber consens zu geben und execution anzuordnen befugt/ jedoch wird dahin billich gesehen/ daß euer Zinß und Erblehn in Theilungen/ Käuffen/ Wechseln/ und andern Handlungen ohne euere Einwillung nicht zerrissen/ oder voneinander getheilet werden/

werden/und seyd ihr auch unbegrüsset des Gerichtshalters von ewern Zinß: und Lehnleuten die Zinß und Lehnwahr einzufordern berechtiget/und dieselbe auch ohne Befehl und Weisung des Gerichtshalters euch Zahlung zu thun pflichtig / Von R. W. In *Electoratu Saxoniæ* verò utriusque tàm Domini directi, quàm judicis jurisdictionis consensus conjunctim requiritur, ita ut alterutro horum omisso hypotheca non subsistat, per *Ordinat. Judic. Elector. Saxon. d. tit. 46.* §. Würde sichs auch zutragen/rc. Idem sancitum est *in Ordinat. Judic. Magdeburg d. cap. 50. membr. 3.* §. Weil denn nach Sachsen recht &c. ubi dicitur: Weil denn nach Sachsen recht/alle solche Arten/ eine ausdrückliche hypothec auff unbeweglichen Gütern zuerlangen/vermittels gerichtlichen/und wenn es Erblehen oder Erbzinßgüter betrifft/zugleich mit des Lehnherrē consens bestetiget werden müssen. Et de hisce infra plura dicturi sumus.

56

57 Hic a. notandum est, quod judex, pro consensu suo imploratus, oppignorationi bonorum consentire teneatur, nisi justam recusandi causam habeat. *Dan. Moller. ad d. constit. 23. num. 14. Berlich. d. conclus. 29. n. 75.* Ex hisce colligitur, quod tum demum jus hypothecæ expressæ respectu bonorum immobilium efficax sit, & jus reale in concursu aliorum creditorum tribuat, si consensus judicis competentis accesserit. Præfata igitur regula extenditur 1. ut quicunque hypothecam habet cum consensu prædicti judicis, reliquis præferatur creditoribus hypothecam posteriorem habentibus, ex notissima illa juris regula, quod prior tempore potior sit jure. *l. 11 in pr. ff. qui pot. in pign. hab. & c. qui potior. 54. d. R. J. in 6.* Et ita *in Scabinatu nostro mens. Novembr. Anno 1639. ad petitionem* Wilhelm Steinachs/Hoffgerichts Anwaldts zu Jehna respondimus.

58

59

60

61. 2. Prædicta regula ampliatur, ut hypotheca judicialis seu publica posterior præferatur extrajudiciali anteriori seu privatæ

vatæ *d. l. scripturas.* 11. *C. qui potior. in pign. hab. Gail. 2. observ. 15. n. 9. Coler. d. c. n 200.* Et ita *in Collegio nostro mens. Novemb. Anno* 1621. *ad requisitionem Illustriss. Regiminis Lüneburgensis* zu Zell *in concursu* Heinrichs von Halle und seiner Söhne *Creditorn* decisum fuit. Eodem modo *JCti Helmstadienses mens. Octobr. Anno 1604.* pronunciarunt. Wann gleich D. Martin Benckendorffs und Gregorii Zschonigkautzen Vormunden Vorschreibung/ darinnen nur eine schlechte conventionalis hypotheca zu befinden/ älter als die ewere seyn möchte: Dennoch dieweil ihr publicam & judicialem hypothecam für euch habet/ So werdet ihr obgesetzten beyden creditorn billich præferirt und fürgezogen.

3. Prædicta regula, bona allodialia immobilia non nisi cum consensu judicis competentis validè oppignorari posse, ampliatur, ut sufficiat qualiscunque consensus, sive verbis, sive scriptis fuerit declaratus, dummodò de eo constet, *Cöler. d. decis. 17. n. 8.* 62

4. Sive judex pro tribunali vel in loco judicii sive alio in loco consensum dederit, *Coler. d. decis. 17. n. 8.* ubi ait: Wann es gleich nicht vor gehegten Gericht geschehen. Idemque *in tr. de processib. execut. d. c. 10. n. 201.* ubi habet, quod judicem non oporteat pro tribunali sedere, cum hic actus, sc. præstandi consensum in oppignorationem bonorum, non sit contentiosæ sed voluntariæ jurisdictionis, & ita à procedente vel deambulante judice expediri possit. *Matth. Berlich. d. concl. 29. n. 73.* ubi statuit, sufficere, si consensus judicis vel in ejus domo, vel alio in loco impetretur. 63

5. Consensus judicis requiritur non tantùm in hypotheca generali vel omnium bonorum, sed etiam speciali vel certæ alicujus rei immobilis. *Ordinat. Judic. Elect. Saxon. d. tit. 46.* §. Aber unbewegliche ErbGüter/ ubi dicitur: Sonsten/ 64

 (sc.

(sc. ohne Gunst der Obrigkeit und Gerichten/) ist dergleichen
65 Vorpfändung nicht kräfftig/es werde gleich ein Stück Guths insonderheit/oder ins gemein alle Güter vorpfändet. Notandum verò hic est, in generali hypotheca venire omnia bona, non tantùm præsentia, sed etiam futura *l. fin. C. quæ res pign.*
66 *oblig. poss. Koppen. decision. quæst. 4. n. 5. & seq.* Feudum verò excipitur, & sub generali hypotheca sine consensu Domini expresso non continetur. *Neguzant. de pignorib. 2. part. 2. memb. n. 34. Dan. Moller. p. 2. constit. Elector. 25. n. 2. Besold. p. 4. consil. 153. n. 53. & 149.* Et hanc opinionem, ut veriorem, in ardua quadam controversia feudali secutam esse Cameram Imperialem refert *Mynsing. observ. 45. cent. 6.* Diximus, consensum Magistratus vel Judicis in utraque oppignoratione
67 esse necessarium. Hinc sequitur, quod quælibet hypotheca judicialis, tàm generalis, quàm specialis, jus reale tribuat, eundemque habeat effectum, ita tamen, ut prior, sive generalis
68 sive specialis sit, præferatur posteriori. *Köppen. decision. quæst. 28. n. 6. & seq.* Et ita *in Collegio nostro mens. Majo. Anno 1619. in supra allegata causa* Georgii Grubers zu Leipzig responsum fuit: Wann gleich des Philippen general consens sub dato am 28. Septembr. Anno 1613. des Lucæ special consens de dato am 25. Februar. Anno 1614. vorzuziehen / So ist doch dem Philippen des Lucæ general consens sub dato am 11. Septemb. Anno 1613. an der prioritet hinderlich. Eodem planè modo, quod sc. generalis hypotheca anterior præferatur speciali posteriori, *in Collegio nostro mens. Novembr. Anno 1611. in causa*
69 Rüdigers von Massow decisum fuit: Dissentire videtur *Dan. Moller. p. 1. constit. Elector. 28. n. 49.* ubi ait, specialem magis afficere rem obligatam quàm hypothecam generalem, & spe-
70 cialem provisionem magis operari quàm generalem. Verùm hæc ratio contra expressam juris dispositionem non procedit,

dit, ſed, uti diximus, generalis hypotheca tantundem operatur quoad omnia bona oppignorata, quantum operatur ſpecialis quoad certa bona: & ita ſola temporis ratio attenditur. *l. ſi generaliter. 9. ibiq. Gothofred. in not. ſub lit. K. C. qui potior. in pign. hab.* Hinc etiam creditor hypothecarius antiquior in generali ſua hypotheca præfertur poſteriori, atque ille electionem habet petendi prædium alteri poſteà in ſpecie vel genere hypothecatum, etiamſi pecuniam ſuam ex aliis bonis exigere poſſit. *l. qui generaliter. 2. ff. eod. tit. Koppen deciſion. quæſt. 4. n. 2. & ſeq.* Plura vid. ſupra *in princ. cap. 4. fol. 303. & ſeq.* 71

Notandum verò, quod, ſi creditor anteriorem ſpecialem & generalem hypothecam habeat, non poſſit in præjudicium poſterioris creditoris æquè ſpecialem habentis, remiſsâ ſpeciali, uti generali, maximè ſi ex ſpeciali illi ſatisfieri poſſit. Qui enim duplicem habet hypothecam, generalem & ſpecialem, prius excutere debet ſpecialem, antequam generali utatur. *l. quamvis. 2. C. de pignorib. Hartmann. Piſtor. lib. 3. quæſt. 13.* Et hoc ita expreſsè ſancitum eſt *in Ordinat. Judic. Elector. Saxon. tit. 46.* §. Ob nun wohl alle die/ ubi hæc habentur verba: Ob nun wohl alle die/ welche ein dinglich Recht durch dergleichen außdrücklich Vorpfändung erlangt/ ſo wohl als wann ſie es durch andere oben vermelte Wege überkommen/ der Zeit nach/ wie ſie nach einander vorzeichnet ſind/ einer dem andern vor oder nachgehen/ und bezahlet werden ſollen: So iſt doch hierbey ſonderlich in acht zu nehmen/ wann einer zuvorn eine gemeine Vorpfändung auff alle des Schuldners Güter erlanget/ und ihm darneben ein ſonderlich Stück Guts zum Unterpfand hätte einſetzen laſſen/ es fiele aber zwiſchen ihm und einem andern Glaubiger/ der nach ihm erſt eine Vorpfändung überkommen/ Streit für/ wer vor den andern aus des Schuld- 72 73

ners Gütern bezahlet werden solte/daß alsdann der/welcher die erste Vorpfändung erlanget/sich vermöge beschriebener Rechte an das Stück Guts/so ihm sonderlich und in specie verschrieben/vor allen Dingen halten/ und derentwegen / wann solches zu seiner Bezahlung zureichet/ den andern Glaubigern/ ungeachtet sie erst nach ihm die Vorpfändung überkommen/ in den andern Gütern des Schuldners den Vorzug lassen müsse / Er seye auch gleich sonsten der prioritet halben privilegirt, wie er wolle/und ist dißfals nichts dran gelegen/ ob in des ersten Glaubigers Pfandverschreibung die sonderliche oder special Vorpfändung der Gemeinen vor oder nachgesetzt seye. Idẽ reperitur *in Ordinat. Judic. Magdeburg. cap.50. membr.3.* §. Hätte ihm auch ꝛc. ubi dicitur : Hätte ihm auch einer neben allgemeiner hypothec noch ein special Unterpfand verschreibẽ lassen/ so soll er sich vor allen dingen an dasselbe halten/und wañ solch Gut zu seiner Bezahlung nicht zureichet/ alsodann und ehe nicht soll er an dem gemeinen Unterpfand sich zuerholen befugt seyn. Et hanc sententiam in Camera receptam esse testatur *Mynsing. cent.6. observ.94. n.6.* Eodem modo *in Collegio nostro mens. Novemb. Anno 1607. ad requisitionem Reverendissimi Capituli Magdeburgensis in concursu Petri* Hertens *creditorum* pronunciatũ

74 fuit. Hanc tamen assertionem *Mynsing. d. l. & alii Dd.* limitant, si hypothecæ anterioris creditoris adjecta sit clausula, quod specialitas generalitati derogare non debeat: quo casu creditor anterior, relictis specialiter obligatis, generali hypotheca etiam in præjudicium posterioris creditoris uti potest. vid.

75 *Dan. Moller. p. 1. const. 28. n. 67. in fin.* Præterea notandum est, creditorem hypothecarium in concursu non posse agere in alterius præjudicium, & excutere hypothecam ab alio possessam, nisi in subsidium, quando sc. ex aliis debitoris bonis ei non potest satisfieri. Vid. quæ supra *in princ. cap. 4. fol. 201. & seq.*

& seq. dicta sunt. Et ita *in Collegio nostro Anno 1612. in concursu Michaelis* Schrammen *ejusq. viduæ creditorum* zu Hall decisum fuit: Do sich der Rathsmeister/ Jacob Michaeli/ an gedachter Witben Gütern nicht zuerholen/ So hielt er sich in subsidium seines Unterpfands nicht unbillich.

Denique notandum est, ea, quæ de generali atque speciali hypotheca diximus, & quod anterior sit præferenda posteriori, procedere in hypothecis publicis & judicialibus, non verò privatis vel extrajudicialibus. Publica enim & judicialis hypotheca, sive anterior sive posterior sit, semper præponenda est privatæ, uti supra ex *l. scripturas. 11. C. qui potior. in pign. hab.* probavimus. Et hoc verum est, licet anterior hypotheca extrajudicialis coram Notario & testibus sit constituta, uti videre est ex *Novell. Elector. Saxon. constitut. 23. p. 2.* ubi hujusmodi hypothecarius saltem chirographariis præfertur, & concluditur, hypothecas in judicio contractas aliis quibuscunque extra judicium constitutis, licet tempore anterioribus, esse præponendas. *Ordin. Judic. Magdeb. cap. 50. memb. 3.* §. Weil dann nach Sachsenrecht &c. ubi dicitur: So hilfft einem Gläubiger es weiter nicht/ als daß er allein den Chirographariē vorgezogen wird/ wenn er schon eine Verpfändung von zwey oder drey Zeugen neben dem Schuldener hätte unterschreiben lassen. *Moller. lib. 1. semest. c. 19. in princ.* Idemque *n. 1.* statuit, hypothecam bonorum immobilium in judicio constitutam, quamvis posteriorem præferri illi, quæ extra judicium ita contracta est, ut cum juramento promitteret debitor, se deinceps bona sua nulli alii pignoraturum. 76 77 78 79 80

6. Ampliatur prædicta regula, ut etiam inter mercatores bonorum immobilium oppignoratio cum consensu Magistratus aut judicis fieri debeat. *Carpz. d. p. 2. constit. 23. defin. 2.* 81

7. Idem dicendum esse de Nobilibus, & Illustribus personis, atque ipso Magistratu, si sc. bona sua allodialia immo- 82

bilia alii hypothecæ loco constituere velint, probant *Daniel Moller. d. p. 2. constit. Elect. 23. n. 15.* ubi ait, *in Scabinatu Lipsiensi* nullum discrimen personarum neque in judicando neque in respondendo unquam fuisse observatum, & *Carpz. ad eandem constit. 23. defin. 1. n. 10. & libr. 4. respons. juris Elect. tit. 4. respons. 31. n. 19. & seqq.* ubi notat, hypothecam à debitore Nobili, Illustri, vel alio Domino jurisdictionis validè constitui posse, si vel superioris Magistratus consensus impetretur, vel oppignoratio in judicio coram proprio judice sive Schulteto, & Scabinis paganis fiat. Secus verò est, si subditus bona sua Magistratui suo oppignoret, quo casu superioris consensus non est necessarius. *Andr. Rauchb. p. 1. quæst. 24. n. 15. & seqq. Carpzov. d. respons. 31. num. 1.*

83

84 8. Consensus judicis in oppignoratione bonorum allodialium immobilium requiritur, licet creditor bona possideat, illisque jure antichreseos utatur, quia prædicta bona non nisi autoritate publica, & cum consensu judicis ad consequendum prælationis effectum & privilegium oppignorari possunt. Et ita *in Collegio nostro in præfata causa* Peter Hertens *Creditorum Anno 1607.* decisum fuit.

85 9. Ampliatur nostra assertio in annuis reditibus. Quamvis enim Dd. non conveniant, an annui reditus inter mobilia vel immobilia bona referri debeant? Et nonnulli eos ab hisce bonis planè separent, uti videre est *apud Gail. 2. obs. 10. Matth. Cöler. de process. execut. p. 1. c. 3. n. 248. Koppen. decision. quæst. 24. n. 7. Modestin. Pistor. p. 3. quæst. 124. in addition. n. 47.* Certum tamen est, eos respectu hypothecæ constituendæ haberi pro immobilibus, uti supra *cap. 2. membr. 6. fol. 202.* monstravimus. Vid. *Carpzov. ad d. constit. 23. defin. 3. num. 4.*

86

87 Hinc sequitur, in annuis reditibus oppignorandis necessariò consensum judicis requiri. *Koppen. d. quæst. 24. n. 2. Carpzov. d. defin. 3. n. 5.*

Ex hisce, quæ huc usque diximus, patet, illos creditores, qui hypotheca judiciali muniti sunt, ad tertiam classem referri. Prædicta igitur regula nostra, quod bonorum immobilium oppignoratio non nisi cum consensu judicis valeat, procedit in concursu plurium creditorum. 88 89

Hæc verò limitatur 1. in subdito. Hujus enim bona immobilia ipsimet Judici vel Magistratui sine consensu superioris oppignorari vel hypothecari possunt, uti *supra sub ampliatione 7.* monstravimus. 90

2. In Debitore ipso, ejusque hæredibus, qui non possunt excipere, quod hypotheca non fuerit judici insinuata, nec ejus consensu confirmata. Etsi enim hypotheca sit extrajudicialiter constituta, illa tamen non nisi à creditoribus impugnari potest. Ergò quoad debitorem ejusque hæredes subsistit. *Novell. Elect. August. constit. 23. p. 2. §.* und dieses hat vernünfftige Ursachen/ubi hæc habentur verba: Jedoch wo einer ein Guth absque insinuatione vorpfändet / und es wollens seine Erben wieder haben/und den Pfandschilling nicht wieder erstatten/derer Ursachen/daß die oppignoratio nichtiger Weise geschehen/so seynd sie nicht zu hören/sondern den Pfandschilling gegen Einreumung deß Guts zu ersetzen schuldig. Idemque repetitum est *in Ordinat. Judic. Elect. Saxon. d. tit. §. 46.* aber unbewegliche Erbgüter &c. ubi dicitur. Jedoch wird solches allein gegen den andern Glaubigern verstanden/die Erben aber deß / welcher es ohne insinuation vorpfändet / haben solches der Ursachen halben nicht zu fechten / sondern seynd den Pfandschilling nicht minders zu erstatten schuldig. Vid. *Carpzov. ad d. constit. Elect. 23. defin. 5.* Et ita *in Collegio nostro mens. August. Anno 1643. ad requisitionem Mariæ* Reginen/ Christoph Schilerts *p. m. viduæ* zu Leipzig respondimus: Es kan nicht geleugnet werden/daß auch vermöge Sächs. Rechte die Erben des jenigen / welcher ein unbeweglich Guth auch ohne insinuation 91

und

und erlangte Gunst der Obrigkeit vorpfändet/solches Pfandt und hypothec der Ursachen halben nicht zu fechten haben/sondern den Pfandschilling nicht minders zu erstatten schuldig. Eod. modo M. August. 1663. ad requisitionem Illustrissimi Regiminis zu Bleicheroda in causa Fratrum von Goldacker

92 contra Hesterischen Anwaldt respondimus. Debitor enim proprium factum impugnare non potest, nec eo creditori suo nocere, per *l. non debet 74. l. factum 155. in pr. ff. de R. J. l. post*

93 *mortem 25. ff. d. adopt.* Nec ejus hæredi hoc conceditur, quia ille non plus juris habere potest, quàm defunctus *l. nemo. 54.*

94 *l. nemo 120. l. in his. 175.* §. *1. ff. d. R. J.* sed hic potius factum defuncti præstare cogitur, per *l. ex qua persona. 149. ff. d. t.*

95 3. Limitatur nostra regula in creditore. Si enim hic solus à Judice consensum, & ut hypothecam à debitore constitutam actis publicis insinuet, petierit, ea tamen oppignoratio in concursu creditorum non valet, licet antea ipse debitor solutionem sub oppignoratione omnium bonorum in judicio promiserit, *argum. l. id quod nostrum. 11. ff. d. R. J.*

96 Ergò requiritur, ut debitor expressis verbis consensum Magistratus vel Judicis requirat, vel Judex super consensu à creditore petito debitorem prius audiat, ejusq; voluntate postmodum consensum exhibeat. *Carpzov. add. const. 23. definit. 23. Modest. Pistor. p. 4. quæst. 137. n. 2. Berlich. d. conclus. 29. n. 74.* Et ita *JCti Francofurt. die 14. Jan. Anno 1652. in causa Michaelis* Truchses *creditorum* responderunt: daß die hypothec gestalten Sachen nach pro judiciali nicht kan gehalten werden / weil die confirmatio judicialis ohne des Debitoris Wissen uñ Willẽ geschehen. Secus tamen esse puto, si Magistratus à debitore in instrumento obligationis rogatus fuerit, ut in oppignorationem bonorum consentiat. Non enim præcisè ejus præsentia requi-

requiritur, sed mens quoque contrahentium attendi debet 98
Carpz. p. 2. constit. 23. defin. 34. n. 1. & 7. Et hæc optimè ex 99
scriptura dignoscitur.

4. Limitatur prædicta regula in re vendita, in qua an- 100
te ejus traditionem venditor sibi hypothecam reservavit, do-
nec integrum pretium ipsi fuerit solutum. Hoc enim casu
hypotheca subsistit citra judicis consensum atque auctori- 101
tatem, uti *supra cap. 2. membr. 1. fol. 116. & seqq.* probavi-
mus.

5. In consensu ad certum tempus præstito. Tempo- 102
re enim elapso consensus extinguitur. Consensu autem sub-
lato jus hypothecæ expirat, ita ut in concursu creditorum 103
præferantur ii, qui posteriorem habent hypothecam judicia-
lem. *Andr. Rauchb. p. 2. quæst. 23. n. 7. Carpzov. ad d. constit. 23.
defin. 24. num. 2.* Nec obstat, quod tempus non sit modus in- 104
ducendæ, tollendæ, vel mutandæ obligationis. *l. obligationum
44. §. 1. ff. de O. & A.* Ad hoc enim variè respondet *Andr.
Rauchb. p. 2. quæst. 23. n. 7.* illud procedere, nisi aliud inter
contrahentes convenerit, vel tempus limitandæ aut tollen-
dæ obligationis causa adjectum sit. *l. qui hoc anno 42. ff. de V.
O.* Deinde agitur hîc de consensu sublato, non autem de ob-
ligatione, quæ quidem durat, sed privilegium prælationis
non retinet. Et ita *in Collegio nostro mens. Septembr. Anno 1625.
Senatui Butstadiensi* responsum fuit: Demnach Lucæ Wei-
tzels zu Dauart erlangter consens sub dato am 28. Septembr.
Anno 1602. nur uff ein Jahr cum clausula annullatoria &
cassatoria gerichtet: So ist dieser Gläubiger nunmehr allein
pro nudo chirographario zu halten. Eodem modo *m. August.
1643. ad requisitionem* des Ampts Camburgk/*in concursu Jacobi*
Hüttenrauchs *Creditorum* pronunciavimus: Weil Georgii
Rutilii Ampts consens erloschen: So hat er sich desselben in

